

St. Joh. Paulus



1. Gerhard f. Joh. Ernst / Diff. de umbra,
tione & virtutis altissimi, ex luce
1. vers 35. i. anno 1688.
2. Gejer f. Mart. / Diff. Riga, necepe
prot Evangelium Genes. III. v. 15.
ut et Messie mors, Sepultura
ac Resurrecacio. Ies: LIII. v. 3=10
Lipſia 1645.
3. Diff. Superstitione,
Lipſia, 1660.
4. Gerhard f. Joh. Ernst / Diff. de
rembratione virtutis Altissimi,
anno 1665.

DISSE¹³RAT¹⁴TIO THEOLOGICA
CIRCULARIS

DE

S. COENÆ
NÉCESSITATE

E JOH. VI. v. 53. ASSERTA,

QVAM

ANNUENTE DEO T. O. M.
CONCEDENJE MAX. REV. FACULTAT. THEOLOG.

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO,

EXCELLENTISSIMO

DN. JOH. PETROGRUE-
NENBERGIO,

PH. & SS. THEOL. D Hujusq; P.P. O. LONGE CELEBERRIMO,
CONSISTORII DUCAL. ASSESSORE GRAVISSIMO,
PER DISTRICTUM MECLENBURGENSEM

SUPERINTEND. VIGILANTISSIMO,

ET h. t. DECANO MAXIME SPECTABILI,

PATRONO atq; PRÆCEPTORE SUO

OMNI PIETATIS ET OBSERV. CULTU DEVENERANDO,

IN

ILLUSTRIS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

AUDITORIO MAJORE

AN. MDCCX. D. XIII. SEPT. HORIS CONSVENTIS

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI EXPOΝIT

GERHARD. GERLING,
SUSATO WESTPHALUS, SS. Theol. Stud.

Αληθεύοντες εἰν ἀγάπῃ.

ROSTOCHII

TYRIS JOH. WEPPLINGII, SERENISS. PRINCIP. ET ACAD. TYPOGR.



ДИДОНОНІ НА ГІНСІ

ДІДООНІ
ЕТАТИСІСІ

GÖÈLE GUBERNANTE!

PRÆFAMEN.



Eploranda est mortalium post
laptum conditio : non tantum naturâ
lunt filii iræ, in peccatis mortui, atque
à Deo averfi; sed & ex his malis eruvi, in
gratiamq; recepti, adeò proclives ad pec-
candum manent, ut lapsus sit facillimus
& satis frequens. Peccatum enim in iis
habitans cum non eradicetur penitus, sed
ad mortem usq; maneat, non est ociosum,
sed semper progerminare , dominiumq;
recuperare studet. Hinc varie pios aggreditur, ut cum Paulo ex-
clamat ne cessum habeant : Misericordia nostra, quis nos eripiet
ex corpore hujus mortis ? Rom. VII, 14. Veneranda est autem,
summa atque immensa DEI nostris gratia, quâ non tantum verbum
suum sanctissimum , r̄lu d̄rāpūr̄ n̄s ṣ̄w̄m̄j̄as Rom. I, 16. conces-
dere, eoque lapsos erigere, nutantes adjuvare, atque stantes robo-
rare ; sed & præterea gratiam suam per res visibiles offerre atque
confirmare voluit, dum (ne quid nunc de Baptismo dicam) ipsum
Corpus & sanguinem Salvatoris universi generis humani, mediante
pane & vino benedicto, proponit, atque ad hoc saluberrimum epu-
lum , vult, ut accedamus , & non tantum in terris, sed & de celo
nos invitat. Certe tantum hoc est beneficium, quo majus excogiti-
tari vix potest, & extrellum flagium & facinus esset, cum ille
tam amanter atque fideliter nos vocet & moneat, ut a nostrum
summum & maximum bonum confluamus , nos alienos erga vo-
cantem gerere . Catech. Maj. L. 5. n. 565. Detestand: igitur etiam ma-
litia est q̄ orundam, qui hocce salutiferum Sacramentum contemnunt
& parvi habent : quidam humanæ rationis iudicio decepti , vané
de eo sentiendo ; quidam damnabilis spirituali fastu turgentes illud
fastidiendo ; quidam pudenda negligentia & incuria q̄vatis ex
cauta id negligendo : non cognoscentes , sive cognoscere nolen-
tes, quid faciat ad eorum pacem. (Luc. XIX 4..) Necesse est inquit
S. Cœna,



S. Cœna, & non perinde esse, utrum ad eam accedamus nec ne, pro tenuitate mea demonstrare, contari volui: ratus materiali me elegisse, arduam licet, necessariam tamen & admodum utilem; præ primis cum infelicia Ecclesiæ etiam nostræ membra necessitatem hujus Sacramenti & publicis scriptis extenuare, proh dolor! non eubuerint. Fundamenti loco sumsi dictum Johann. VI. 53. ponderissime de hac materia agens, qvod dum de *S. Cœna* agere statuo, seqvor Magnificum Præsidem meum, Virum duwalter *egregia p[ro]p[ter]is*, Patronum atque Præceptorem meum ad cineres usque devenerandum, quem in variis Collegiis locum hunc sic explicantem audivi & vidi. A communī autem expositione, qva plerumq[ue] negatur, hoc dictum de Sacramento *S. Cœna* agere, salvâ tamen optimorum & supra omnem meam laudem posteriorum virorum autoritate, modeste sic abeo qvidem, sed argumentis motu sufficiētibus, qvorum virtute pugnandum esse, non solis autoritatibus, qvotquot audire vel legere mihi licuit, omnes docuerant. Qvapropter novitatis, hodie merito suspectæ, me non accusatumiri, ab aequis rerum censoribus, confido. Qvia novitatis culpanda studiosus & reus est, qui, qvod novum sit, omni excogitandi studio querit, & novum, qvia novum est, amat & amplectitur, vanam inde sibi laudem *an[no]cpan*. (Sunt verba Seb. Schmidii Excellenissimi Exegetæ, novarumq[ue] sententiarum inventoris tantum non semper felicis.) Præterea, ut illud nunc taceam, sententiam hanc non novâ, sed communī Patrum consensu, & à Theologis qvibusdam recentioribus partim implicitè, partim etiam explicitè approbatam esse, nullum omnino dogma Ecclesiæ nostræ nec directe, nec indirecte ea lædit, sed potius unum alterumve egregiè roborat. Scribo autem continuâ, iusta tamen, ut puto, serice, & primo qvidem *S. COENÆ*, non folius forte spiritualis mandationis, necessitatem in hoc dicto insinuari, probo usq[ue] ad §. 33. deinde ipsam *NECESSITATEM S. Cœna*, qvænam & qualis sit, demonstro usq[ue] ad §. 45. ac deniq[ue] *FREQUENTIEM USUM S. Cœna* necessarium esse, contra varias exceptiones moneo ac defendo usq[ue] ad finem. Adit huic labori in publicū jam celso Dominus noster JESUS CHRISTUS ipse, qui verba habet vitæ æternæ, qviq[ue] de Utravque & Spirituali, & Sacramentali trutitione sui locutus, publicè sibi hoc tulit veritatis testimonium: Verba, que ego loquor vobis, spiritus sunt, & vita sunt. Talia nobis, talia omnibus semper sunt. Amen.!

TRACTA-

TRACTATIO.

§. I.

Mitto terminorum in rubro positorum explicationem, difficultatem h. l. explicandam cum habeant nullam. Necessitatis vox multis quidem subjetat significationibus, quas vero explicare est Philologhi. Facile autem patet, hic agi de quadam *mandati & obligationis necessitate* : quod de negotiis inferius plura.

§. II. Progredior igitur ad dictum Joh. VI, 53. curatus quidem, sed grammaticè tantum paucis tractandum: quippe quod fundatum huic materiæ præbebit, à S. Johanne sic scriptum:

Ἐντεῦ τοι ἀδελφοί ἡμῶν λέγω ὑμῖν, ἐάν μη φάγητε τὸν
αρνία τὸν ἀνθρώπον, καὶ πίντε αὐτὸν τὸν αἷμα, τόν εἶχεν οὐαὶ
ἐσται τοῖς.

§. B. Lutherò optime sic translatum:

Jesus sprach zu ihnen: Warlich/warlich ich sage euch / werdet ihr nicht essen das Fleisch des Menschen Sohns / und trinken sein Blut / so habt ihr kein Leben in euch.

Verba adeo clara sunt & perspicua, ut sine difficultate à quovis intelligi possint. Operosus igitur non ero, brevitas i studens, circa analysis variatione Versionem grammaticam. *Aphel* èle vocem asleverantis, fortius usque asserere, si repetatur, & esse è Radice *ἸΩΝ* (in Niph. *firmus fuit*, in Hiph. *credidit*) ortam, in aprico est. *Τὸν τὸν ἀνθρώπον* significare Christum *Ἰωάννην*, notius est & frequentius, quam ut negari possit, aut probatione ullâ egeat. *Zωὴ* ut intelligatur spiritu alis, non naturalis, prima loci lectio docet.

§. III. Porrò quoq; de manducatione & bibitione corporis & sanguinis sui agere, ejusque necessitatem asserere Christum, qvilibet videt. Manducatio & bibitio verò cùm duplex potissimum, in materiâ de nostra quâdam nutritione, ad salutem anima in hujus vita cursu ordinatâ, insinuerit in Scripturis S., una *spiritualis*, quæ sit fide, beneficia sc. per Christum parta sibi applicando, in iisq; acqviscendo; altera *sacramentalis*, quæ htore, qvo verum ac substantiale corpus & sanguis Christi in, cum & sub pane & vino benedicto accipitur atq; participatur; de quânam hōc loco agatur, est, quod queritur.

A2

§. IV.

§. IV. Qvando autem sacramentalem spirituali manduca-
tioni oppono , tunc ego spiritualem à sacramentali non separo ,
qvasi altera cum altera consistere non possit ; hæc enim , ut juxta
intentionem Christi semper salutaris , ita & eum in finem cum spi-
rituali semper conjuncta merito esse debet ; sed sacramentalem
dum nomine seorsim , intelligo nihilominus hic eam , velut cum spi-
rituali manducazione de jure connexam , licet interdum solitarie
fiat oralis Sacramenti fructio , idque ex vitio indignorum con-
varum ; itaqve eandem tantum distinctionis cauſa oppono spiri-
tuali manducazioni , qvippe qvæ fit , etiam absqve sacramentali .
Nam spiritualis aliquando absqve sacramentali ; sed hæc nunquam
absqve illa ; salutaris esse potest .

§. V. De Sacramentali hac comeditione qvod pace Virorum
qvorumvis Summorum , in alia sententia innoxie versantium , di-
cere licet , & quidem velut de eâ , qvæ ad merè spiritualem est
adjungenda , h. l. sermonem esse , ipsæ regulæ hermeneuticæ , ab
omnibus concessæ , omnino mihi videntur evincere . Qvarum prima
est : Litera tenenda in expositione eosqve , donec teneri potest . Sive : Sen-
sus , qvem propria & famosa significationes vocum dant , tenendus , nec
deserendus sine summa necessitate . Quæ regula uti in omnibus obtinet
scriptis , sic præcipue in Scriptura S. obtinere debet , qvippe qvæ
multa continent , qvæ rationis judicio metiri nec possumus , nec de-
bemus . Qvapropter qui literam tenet , in tanto est munimento ,
ut , argumenta plane necessaria afferantur , neceſſe sit , si eam re-
linquere debeat interpres . Secus qui facit , similis judicatur esse
castelli satis muniti defensoribus , hoste adventante illud deserentibus .

Ideo qvando h. l. dicitur : Φάγην , πίνην , proprie per Φαγεῖν ,
καὶ πίνειν , manducare & bibere illud , qvod fit ore corporis , &
qvod alias in Scriptura S. de corpore & sanguine Christi prædicatur ,
est in eligendum , donec rationes adducantur a dissentientibus ,
ab hac propria & famosa vocum significatione ut discedamus , non
tam fvidentes , qvām cogentes . An autem tales sint , qvæ hīc
objiciuntur , mox patebit .

§. VI. Audiamus rationem qvandam ē potissimis , cur h. l.
à litera discedendum sit . Seqventi eam incluit syllogismus cele-
berrimus Schmidius , eamqve Calixto ad literam provocanti opponit
in Colleg. Biblico poster : p. 325. Ubi cunque corpus & sanguis Christi ,
fine

JUSTA SIGNIFICATIO.

sine medio corporali, oralis manductionis & bibitionis capaci, comedendum & bibendus proponitur: quia immediate non debent oraliter comedi & bibi, omnino tropice & metaphorice comedi & bibi debent. Atqui in nostris verbis corpus Christi manducandum, & sanguis bibendus propo-nuntur sine medio corporali, oralis manductionis & bibitionis capaci. Ergo. En necessitatem tropi & discedendi a litera! Resp. Primo quidem ratio majori Propositioni anpexa, non stringit. Deinde quoque am-biguitas, qvæ suboriri posset circa vocem: proponitur, removenda est. Aut enim proponere idem est ac porrigere, ut sensus hic sit: ubicunque corpus & sanguis Christi sine medio corporali, oralis manductionis & bibitionis capaci, (sive, prout Theologi loquuntur, sine materia terrestri) comedendum & bibendus proponitur si-ve porrigitur, atque jubetur, ut jam hoc ipso tempore comedatur & bi-batur &c. Sic vero neganda minor propositio. Namque h. l. S. Cæna non instituitur, nec administratur, nec Christus vult, ut hoc tempore suum corpus & sanguinem comedant & bibant sacra-mentaliter. Dixerat enim clarissime v. 51. de pane, quem in futuro datus sit: de carne igitur, postmodum sub pane dandâ, loquitur. Conf: §. 31. Aut proponere idem est, ac de comedendo & bi-bendo corpore & sanguine Christi agere atque loqui: & tunc I. neganda est Major. Nam sic eodem modo argumentari possem: Ubicunque Spiritus S. effusus dicitur sine medio corporali effusio-nis capaci, (quia immediate in baptismo effundi non debet,) o-mnino tropice & metaphorice effusus est. Atqui Tit: III. 5. Spiritus S. in Christianos effusus dicitur sine medio corporali effusio-nis capaci, (quia immediate in baptismo effundi non debet,) o-
mnino tropice & metaphorice effusus est. Ergo in loco citato Sp. S. omnino tropice & metaphorice effusus dici debet, ac per conseqvens etiam lavacrum illud regenerationis & renovatio-nis Ejus tropicum est, & metaphoricum. Eadem concludendi vi seqveretur quoque Matth: XXVIII. 19. non de baptismo fluminis sermonem esse, quia res terrestris non exprimitur. Qvod si dicas, verbum βαπτισμον̄ præter Sp. S. aquam sive materiam terrestrem involvere: tum R. s. 1. non necessario vocem βαπτισμον̄ aquam inferre, cum præter metaphoricum baptismū alio quopiam liqvore, imo & sanguine baptizari sive lavari quispic̄ possit. 2) sic & in nostro loco involvi præter carnem & sanguinem Christi materiam terrestrem, quando dicitur οἰκον̄, πίνα, sunt enim propriæ actus corporis, & præter ista necessario ordinarium quoddam medium seu objectum

6 SACRAMENTALIS FRUITIONIS

corporale requirunt. Sed non opus est, ut eò deveniatur; dicendū potius est generatim, non necesse esse, ut, ubi cuncte de Sacramento aliquo agitur, semper omnes partes, totaq; dispositio insinuetur, repetatur atq; indicetur: sufficit enim illas vel lemel in institutionis verbis, vel alibi etiam clare ac plenariè propositas vel proponendas esse. II) Nec minor tunc est simpliciter vera: nam mentio fit v. 51. panti, qv; si proprie sumitur, est pars materiae terrestris: &, si quis conjecturaret, Christum eum de reliqua materia terrestris parte, cum qva erat daturus sanguinem suum, aliquid additum tuisse, nisi sermo per murmur & disceptationem Iudeorum interruptus fuisset, qvid absurdi faceret, non video: præsertim, cum ne in ipsis quidem verbis institutionis Dominicæ vini mentio expresse fiat. *Luc. 22, 20.*
¶¶ *1. Cor. 11, 25.* Sed, ut supra dixi, non opus fane erat hic omnia tradere, qvia S. cena non instituebatur, sed tantum in antecelsum insinuabatur. Nolo hic plura addere, qvæ contra sensum literæ, sed absque necessitate &, sicut autumo, sine pondere etiam affruntur: qvia talia proponendi & removendi locus amplior inferius se pandet. Transeo ad aliud momentum.

§. VII. Secunda regula est: Connexio probe est observanda. Sive: *Sensus, quem antecedentia & consequentia dant, accurate est tenendus.* Qvia igitur immediate h. l. antecedentia & consequentia de orali atque sacramentali agunt comeditione, & hunc locum de ea agere, statendum est.

§. VIII. Ob; qvidem, connexionem huic sententiæ potius contrariari, qvia, quemadmodum verba ista de pane caelesti vescendo ex antecedentibus exponenda fuerunt: (nempe de fide:) hic etiam nostra ex iisdem antecedentibus verbis exponi debuerunt. Sunt hæc iterum verba Celeb. Schmidii l.c. p. 327. Sed Resp. I. Tot contra hanc argumentandi rationem adduci possunt instantiæ, qvot dantur sermones, qvi diversas sicut sunt partes litterariorum, e.g. quando super Gen. III. 15. qvæstio est, utrum de serpente naturali, an de diabolo sermo sit, eodem modo concludere possem: Quemadmodum verba de serpente in v. 14. exponenda fuerunt, sic & verba in v. 15. ex eodem v. 14 proximè antecedente exponi debent. Atqvi verbain v. 14. de naturali serpente exponenda sunt. E. & in v. 15. de serpente naturali exponi debent. Qvod esset judaicum. At excipis, in v. 14. non agi de naturali serpente. Non ego quidem illud hic discutiam; attamen

JUSTA SIGNIFICATIO.

men hæc instantia contra eos omnes procedit, qui in v. 14. de serpente naturali sermonem esse statuunt. Propono aliam instantiam. Joh: IV. 7. aquam naturalem petierat Christus à muliere; qvis verò inde concluderet, & v. 10. ipsum naturalem aquam dandam promittre? Ex circumstantiis enim judicari debet, an eadem materia continuetur, an alia proponatur. Consideranda igitur est 2. vera connexio, quæ in cap. hoc VI. Johannis omnino etiam pro nobis facit.

9. IX. Connexio autem hæc est; Christus post cibationem miraculosam, Matth. XIV. 14 - 23. Marc. VI. 14 - 46. Luc. IX. 11 - 17. & Joh. VI. 5 - 15. descripta, eamdemq; instantie Paschate ministerii Christi tertio fastam, miraculose transierat mare Joh. VI. 19 - 21. Matth. XIV. 25 - 34. Marc. VI. 48 - 53. A populo autem cibato quæsitus Joh. VI. 22 - 24. & Capernaumi inventus compellatur v. 25. Ibi Christus animatum non spiritu iustitia, sed terrena quærentem illis obiectat v. 26. ac, cibum spiritualem, de quo in hoc sermone illos informat, quemq; ipse, à Deo Patre ad id ob-signatus, datus sit, ut ipsi operentur, seu de eo solliciti ut sint, hortatur v. 27. & illis quærentibus, quid sibi facendum, ut Dei opus operentur? v. 28. explicat, credendum esse in eum, quem Deus misericordia v. 29. Signum illi vide et cupiunt, quo commoti in ipsum, velut in Christum DEI Legatum, credere possint v. 30 adducentes exemplum parentum, quoniam tanta sunt beatæ signa, ut vel pane de celo sint cibati v. 31. Christus iis respondet, panem ex ipso celo Mōis non dedisse v. 32. ast Patrem suum dare verum panem v. 32, qui descendens ipso de celo vitam det mundo v. 33. Illis vero (sicet rem nondum concipient) talem panem postulantibus v. 34. clare proponit (1) se esse panem vita, credentes cibantem v. 35. licet ipsi non credant v. 36. omibusque præterea ad te venientibus gratiam vitamque offerentem v. 37. (2.) te ipso de celo descendisse, ut Patris voluntatem exsequatur v. 38. idque, a Patre sibi datos non perdendo v. 39. sed credentes aeternum salvando v. 40. Murmurant Iudei, quod de celo te venisse dixerit v. 41. cum tamen parentes ejus sint noti v. 42. Respondebat Christus (1) murmur prohibendo v. 43. & (2) aperte docendo neminem credere posse, nisi & trahatur v. 44. & deceatur Cœlesti à Patre v. 45. non tamen ulli hominum, sed sibi soli videlicet v. 46: credentem ergo in se vitam aeternam habere v. 47. fuisseque panem esse vitæ v. 48. Manna longè præstans.



torem, qvippe qvod mortem non impedierit v. 49.; de hoc pâne autem qvi comedat, eum non mori v. 50. sed vivere in æternum v. 51. comm. i.

¶ X. Hactenus de sola spirituali manducatione, id est, de fide, qvæ famem sicutimqve v. 35. poterat removere, locutus fuerat Christus nunc autem addit: Καὶ ὁ ἄρτος τὸν ἵππον ἀπέστειλεν &c. Verum etiam panis ille, quem ego dabo, (nempe in futurum, & qvidem in S. Cœna) est caro mea, qvam pro mundi vita dabo v. 51. Hic sermo offendit Iudeos, hactenus qvidem contrariait, qvod ipsum Christum cibum esse audiverant, ne verbo qvidem disputantes; nunc autem illi interrumpentes sermonem Christi disceptant, qva ratione hicce tuam carnem comedendam possit dare? v. 52. Nihilo verò minus graviter Christus asserit manducationem suæ carnis (in cœnâ sub pane dñndæ) & bibitionem sui sanguinis (in cœna sub vino porrigendi) & valde necessariam v. 53. & valde proficiam esse, cum pro fine & effectu (ex intentione nempe Christi) habeat tum vitam æternam v. 54. tum unionem cum Christo v. 55: & præterea αὐτὸς carnem suam esse escam, & αὐτὸς sanguinem suum esse potum v. 55. affirmat. Deniq; verò sermonem hunc concludit, certò promittens vitam omnibus, se (Christum) in hisce duobus justo ordine insinuatis modis manducantibus v. 57. 58. qvo solo termino sine bibitionis additamento utitur, qvia is utriq; modo conveniens erat, qvod in bibitionem non planè æqualiter quadrabat. Tum verò multi discipulorū durū seu absurdū judicant hunc sermonē. 60. sine dubio apud le cauſantes, contrariari eum exprefſe legi divinæ, frui, & carne animalis vivi omnibus Gen. 9, 4. & sanguine, etiam Iraëlitis Lev. 7, 26. 27. prohibenti. Et, qvamvis Christus iplis indubitatum omnipotentiaſuā signum non multō post spectandum proponat, nempe adſcenſionem in cœlos v. 61. 62. ac carnem quoq; ſeu carnalem rationem nullius uſus eſſe in metiendis ſpiritus ac vitæ mysteriis; verba autem ſua eſſe ſpiritum & vitam, ideoq; iis ſimpliſter credendum eſſe, moneat v. 63; infidelitatemq; eorum v. 64. &, qvod Pater repugnantes non trahat, ſive, qvod Patri ductum benignè intentum ipſi non leuantur, ceu veram hujus rei cauſam, qvod haec i lis ſint offendit, v. 65. indicet: tamen multi Christum deferunt v. 66. Duodecim autem diſcipuli à Christo tentati

v. 67.

JUSTA SIGNIFICATIO.

9

v. 67. per Simonem respondent, se cognovisse & credidisse, H^u
lum ipsum esse Dei vivi, (& sic efficere illa posse, de quibus sit
locutus) v. 68 69. inter quos tamen unum etiam diabolice incre-
dulum esse, Christus v. 70. 71. emphaticè testatur.

S. XI. Connexio hac ergo satis docet, hunc v. 53 de Sacra
Coena agere. Alt videbuntur tarsi hæc. præcipue autem divisio
in v. 51. trivola esse atq; pro lubitu facta; quapropter ut hujus quoq;
facti rationes reddam, neceste est. In prima igitur divisi hujus
Sermonis parte, præcipue nimis, à v. 35. usq; ad v. 51. ^{mi} commata. ¹⁰
dicta per Christum omnia de comedione spirituali intelligi debere,
extra dubium est; quia Christus nec propriè est panis, nec illa
ratione totus propriè comedi potest. Accedit, quod dicta sua
ipse de fide explicet clarissime v. 29. 35. 40. 47 In v. 51. ^{mi} commata
secundo autem usq; ad v. 56. incl., ubi distincta fit mentio carnis
& sanguinis, comedionis & bibitionis, de alia etiam fruitione agi,
probatur I. Quia stylus memorabili ratione mutatur, quod absq;
ratione factum esse, qui dicit, non satis honorificè de S. Scripturā
sentit. Mutatur autem stylus (α) dum adversativa β additur: ¹¹
 $\delta\eta\gamma\theta.\beta.\delta\eta\gamma\omega\delta\omega\omega$ aber auch das Brodt/das ich geben werden
quæ sanè paricula non est sine observatione prætermittenda.
[β] dum in futuro nunc loquitur, qui eatenus in præsenti locu-
tus fuerat. Christus enim antea dixerat, $\epsilon\gamma\omega\epsilon\mu$ v. 35. 48. 51.
Ego sum ille panis &c. itemq; v. 35. veniens ad me, tanquam ad
præsentem panem, & v. 50. $\delta\tau\sigma\epsilon\delta\sigma\tau$. Hic est panis. Nunc autem
in futuro addit: Verum & panis, quem ego dabo. $\delta\omega\omega$, sit: insi-
nuat igitur panem, quem datus erat; non autem, quem jam tum
temporis velcendum dabat, & quidem in oppositione ad ante dictum.

S. XII. Dicis: hanc, quæ de futurū astur, probationem
eliminari posse per hunc ipsum sermonem, & quidem per v. 27.
ubi Christus de cibo in vitam æternam permanente dicat, quod
datus eum sit illis, $\delta\eta\epsilon\eta\theta\beta\delta\omega\omega$. $\delta\eta\delta\eta\theta\beta\delta\omega\omega$ i^m $\delta\omega\omega$: quis enim
inde colligeret, cibum hunc spiritualem nondum adeste, nec ad-
fuisse? Relp. (1) Rectè omnino ex his verbis, si non tantum hoc
primum tempore, sed & absolute illa sic posita essent: $\delta\eta\epsilon\eta\theta\beta\delta\omega\omega$. $\delta\eta\delta\eta\theta\beta\delta\omega\omega$
 $\delta\eta\delta\eta\theta\beta\delta\omega\omega$ id colligeretur, Christum nondum dedisse cibum
hunc, eumq; nondum venire cibum adfuisse, nisi obstante alia loca,
B docen-

docentia cibum hunc , qva cibum fide capieadum , jam anteā, qvin & vel in ipso V. T. adfuisse. (2) phrasis ea cum hac nostra in v. s. non est eadem : nam in v. 27. dicitur : qvam filius hominis *vñ̄n J̄s̄t̄*, vobis , inquit, Judæis nempe , cibatis qvi-dem corporaliter, sed vel pot illam cibationem adhuc infidelibus. Illis offert atque oblaturus erat uti fidem, ita & seipsum fidei obje&um, ut sele fruantur suscepta rectiore fide, ideoq; monet, ut ipsi de hoc cibo solliciti sint. In v. s. autem absolute dicitur : panis, qvem *éȳn d̄w̄t̄*, non qvem vobis dabo, si credatis, sed qvem dabo, sive vos credatis, sive non credatis.

§. XIII. Patet igitur, mutationem illam Styli vi oppositionis, & futuri temporis delignati clarissime interre, de alia nunc mandu-catione agi. Qvod & observant Judæi haec tenus Christum, se pane n esse dicentes, audientes , & de eō non disceptantes; talibus enim locutionibus adfveti jam erant. Nunc autem, cum audiunt, carnis tan-
qvam cibi, mentionem fieri, eamque à priori totius subjecti mandu-
catione diverlam, murmurant, novam proponi manduationem celeri-
ter judicantes, & hoc non ita male, prout celeb. Schmidius coll. Bibl.
pol. p. 327. vult, qvando dicit : *Male judicabant, si ita judicabant.*
Nonne enim, qvando Salvator carnem se daturum dixit pro mundi vita,
satis clarum fecit, se loqui de fide, quā credendum, quod carnem pro
mundi vita daturus esset, non aliam aliquam manduationem? Sed atq; qv
non valeo, qvmodo vir celeberr. concludere velit : Christus
dixit, carnem se daturum pro mundi vita : E. satis clarum fecit,
se de fide tunc locutum fusse, qvando dixit: verūn & panis, qvem
ego dabo, est caro mea. Eodem modo , qvando Christus dicit:
bibite, hic est *sangvis meus*, qui pro multis effunditur in remissionem pec-
catorum, dicere possem ad imitationem Schmidii: Qvando Salvator
sangvinem suum in remissionem peccatorum effundi dixit, satis
clarum fecit, se loqui de fide(in verbis : bibite &c.) qva credendum,
quod sangvinem effundi velit in remissionem peccatorum; non
propriè dictam aliquam bibitionem. Sed consequentia est nulla,
uti ipsiis è verbis patet.

§. XIV. De

JUSTA SIGNIFICATIO.

ii

§. XIV. De alia autem comedione, non de sola spirituali
hic agi, prob: II. & duplice quidem est fundamento: quia & aliud ob-
jectum, & aliud fruitionis insinuatur modus. Hactenus dictum
erat: Ego totus Christus, sum panis vita &c. v. 35. cont. v. 41. it. v. 47.
& 48. nec minus v. 50. ubi Pronomen ~~est~~ ^{est} suâ emphasi non caret.
Addatur & v. 51 mi comma prius. Nec ullus fruitionis modus me-
moratus erat, nisi qui per solam comedionem exprimitur. vid.
v. 50. & 51. Nunc autem distincte sit mentio carnis & sanguinis,
comedionis & bibitionis: si non comedentis carnem meam, & biberint
sanguinem meum: itemque, qui comedit carnem meam, & bibit sanguinem
meum &c. Nunquam autem in toto Scriptura S. dicitur, distinctè
carnem Christi spiritualiter comedere, & distinctè sanguinem ejus ^{et}
spiritualiter bibi debere, uti nec de toto Christo unquam dicitur, ^{et}
quod bibi ille debeat.

§. XV. Celeb. Schmidius l. c. p. 327. Calixtum refutans ad hoc
argumentum regerit: Certum esse, quod non male ista distinguantur
omnia, etiam quando de spirituali mandatione & bibitione sermo est.
Annon enim alibi in Scriptura & caro Christi pro nobis tradita, &
sanguis ejus pro nobis effusus, fidei nostræ distinctè proponitur? Resp. Non
quidem male distingvi dicendum, si Christo sapientissimo Oratori,
ita placuisse distingvere; sed, quod fieri fas erat, locus non addu-
citur, quo sub manducandi voce, credere (nam hoc juxta illos
per manducare in hacc oratione intelligitur) distinctè jubemur
in carnem, & sub bibendi voce iterum distinctè credere in sanguinem
Christi. Ipse quidem addit: Imo annon in ipsis S. cœna verbis: hoc est cor-
pus meum, quod pro vobis traditur; hic est sanguis meus, qui pro vobis
effunditur? (I.e. fidei nostræ distinctè proponitur caro & sanguis
Christi?) Idipsum verò quomodo hoc referri possit, non video. In in-
stitutionis enim verbis corpus & sanguis Christi distinctè of-
feruntur non solam forte ob fidem, quippe quia toto amplecti-
tur Christum; sed, quia in S. cœna alterum distinctè comedere, &
alter distinctè bibi debebat: ideo corpus distinctè etiam proponitur,
ut lub & cum pane comedere posset, & sanguis, ut lub & cum vino bibi
posset: id quod mihi plane favet. Ulterius dicit: Quis itaq; alligaverit Do-
minus, ut alter loqueretur, cum tamen male non sit locutus? Sed præscribi
Christo quidem nec potest nec debet, quid vel quomodo loqui debeat;

B 2

att.



attamen de eō certi sumus, Eum semper sapientissimè locutum fuisse, & nunquam sine causā atque ratione. *Distincte*, pergit Schmidius, aliquoties Dominus loqui voluit, ut sanguinis è corpore effusione significaret in passione suā faciendam, adeoque exponeret, quomodo datus esset carnem suam pro mundi vita, ut v. 51. dixerat. Verūm piam potius hanc meditationem esse, quam veram causam, cur Christus sic loquatur, explicare, autem vi textus ipsius. Nam Christus non intendebat explicare, quomodo carnem pro mundi vita esset datus; sed murmurantes de illo informare, unde ansam murmurandi arripuerant. Disceptabant autem de eo, quomodo carnem comedendam dare posset Christus, non quomodo carnem pro mundi vita esset datus. Objicit porro: *Praterea Christus non semper distinxit: nam v. 57. 58. solius cibi & manducationis facit mentionem.* Resp. Semper ibi distinguit, ubi & quousque propriè de S. coena loquitur; in his vero allegatis verbis non de hac iolla, sed de comeditione tām spirituali, quam sacramentali loquitur. Vid. connexionem supra §. 10. datam.

§. XVI. Porrò non de spirituali, sed de alia hic agi comeditione prob. III. quia caro & sanguis Christi in relatione ad hanc comeditionem, de qua nunc sermo est, *ἀληθῶς*, *verè esse* dicitur elca,

ἀληθῶς, *verè esse* dicitur potus, id est, sine ullâ figurâ, tropô, similitudine, planè propriè, uti temper h̄c vox & ubique per totum *N. T. sumitur*,) juxta v. 55. *Dann mein Fleisch ist wahrhaftiglich eine Speise und mein Blut ist wahrhaftiglich ein Trank;* quod de spirituali manducatione dici non potest, cum ipa comedatio impropriè sit comedio, & objectum ejus sit elca quoque improprie sic dicta. *Αληθῶς* vero, uti dictum, per totum novum Testamentum nunquam impropriè sumitur, ideoq; & h. l. ob qualescumque rationes illud impropriè sumere, minus erit tutum.

§. XVII. Idem prob. IV. quia sermone hocce multi scandalizantur discipuli, Christo alias adhærentes, quod fieri non potuissent, si de spirituali comeditione eum intellexissent; de hac enim illis nullum erat dubium, nam in Christum credendum esse sciebant; ast hanc, de quanunc loquebatur, manducationem concipere non poterant; ideo à Christo recedebant, putantes, eum reverā absurdā proferre. Quod dubium illis facile Christus eximere potuisset, si de eadem,

JUSTA SIGNIFICATIO.

13

de qua antea locutus fuerat, spirituali comeditione, id est fide, ad hoc locutus tuislet.

§. XVIII. Probato sic à v. 1^{imi} comm. 2. ad v. 56. de alia agi comeditione, non de sola spirituali, ulterius id per se fluit, ibi sermonem esse de S. cœnâ, sive de Sacramentali comeditione & bibitione. Nam (1.) omnium consensu h. l. agitur, aut de spirituali manduca-
tione, aut de Sacramentali; remota igitur ipsi spirituali, manet Sacra-
mentalnis; & (2.) tantum in S. cœna comeditur distinctè caro Christi,
& bibitur distincte sanguis ejus, atque (3.) in eâ tantum caro
Christi, ut esca ἀληθῶς talis, & sanguis, ut potus ἀληθῶς talis por-
rigitur. Jure igitur statuitur, in his all. vers. de S. cœna ser-
monem esse.

§. XIX. Potest his V. addi, non esse probabile, Johannem nihil
de S. cœna, tanquam præcipuo aliquo salutis medio scriptisse, qui ta-
men ea in hoc iugo Evangelio scripserit, per quæ vita æterna obti-
neri potest, ut ipse testatur cap. XX, v. ult. Hæc (signa coram disci-
pulis facta cum omnibus verbis & circumstantiis, i. e. omnia, quæ
in hoc libro scripta sunt, (cont. Cel. Schmidius coll. Bibl. polt. p. 15.)
scripta sunt, ut vos (legentes) credatis, quod Jesus sit ille Christus, Fi-
lius DEI, & ut credentes, vitam eternam habeatis in nomine ejus.

§. XX. Variæ alias afferuntur, cur Johannes cœnæ Dominicæ
descriptionem omiserit, rationes, quas sub examen vocare spatiū
non permittit angustia; brevissimis tamen eas videbimus, quas
Gerhardus LL. T. V. de S. cœna §. 179. p. m. 370. proponit. Joha-
nem prætermisit S. cœnæ descriptionem, dicit (1.) quia à reliquis
Evangelistis, quorum scripta jam tum extabant, erat diligentissime
annotata. Relp. (2.) nihilominus Paulus eam repetit 1. Cor. XI.
23. sq. (3.) & Johannes quædam scriptis, quæ a reliquis Evange-
listis omnibus erant annotata. (4.) quia non tam res a Christo ge-
stas, quam dulcissimas conciones, præsertim à reliquis Evangelistis
prætermislas, narratione complecti voluit. Resp. & res gestas nar-
ravit Johannes, & sermo s. concio, quæ S. cœnam Christus instituit, est à
dulcissimis & ponderosissimis. (5.) quia Ebionis & Cerinthi divinita-
tem Christi oppugnantium blasphemias refutare voluit. Resp. Si
relationi huic salva sit fides, omnino & hoc est argumentum
divinitatis. Stante ac durante vita corpus & sanguinem suum ad
comedendum & bibendum salutariter dare posse. (6.) quia in

B 3

Ep.



Epistola sua docuerat, tunc vinum Christi in terris teitari, atque esse medium, per quod Christus ad nos venit. Ioh. V. 6. & 8. Reip. (2) consequentiam video nullam: Nam non est quartio de epistolis Johannis; sed an in hoc Evangelio de S. coena scripserit, de quo dixerat ipse, in eo consignata esse, per quam vita eterna obtineri possit. (3.) An in c. l. de S. coena sermo sit, nondum satis est evictum. Et (y.) eodem loco aqua baptismalis fit mentio, in Epistolâ Johannea, cuius tamen mentio quoque in Evangelio Johannis facta est. In genere vero ad has & similes rationes responderi potest, probare eas quidem posse, cur hanc vel illam salutis adipiscendam non adeo necessariam non narraverit historiam Johannes; sed non, cur S. coenam à Christo institutam, & mandatam, ut in sui memoriam ad finem usque mundi celebraretur, omiserit; cum tamen ea diligenter scripserit, quam ad salutem adipiscendam pertinent.

S. XXI. Hanc commendare VI. etiam potest sententiam in signis ejus contra adversarios usus. Nam quamvis Galvinianorum quidam in hocce capite præsidium suæ se invenisse opinioni putent, adeo ut & Oecolampadius caput hoc VI. Johann. suum terreum atque aheneum murum, adeoque angelum contra nos igneo gladio armatum dicere solitus fuerit, referente Lutheru Tom. 8. Jenen. t. 196. aliusque alibi; adeo tamen illi falluntur, ut efficacissima potius & planè aliud & contra eos ex hoc capite sumi possint argumenta. E.g. statuat Calvinianus, fide tantum i. e. impropriè in S. coena corpus & sanguinem Christi comedì & bibi, & tunc, quæso, oppugnet, saltem quoad speciem, verumq; ubi asteritur, corpus Christi aliquid esse cibum, sanguinem aliquid esse potum, ostendatque unicum in N.T. locum, in quo aliquid impropriè sumatur. Quod argumentum & illorum quosdam movit, ut in hoc capite de S. Eucharistia agi, negarent, quos vide ap. Gerhard. T. V. p. 369. Sic necessitas S. coenæ ē v. 13. ejusque utilitas ē v. 54.56. contra varios hæreticos ac schismaticsos adversa sentientes, in primis etiam contra hodiernos indifferentistas, quibus tanquam hominibus ex mero spiritu compositis, quicquid in exteros oculos illabitur, sorbet & fastidium mover, (ut oritur verbis Da.D. Fechtii coll. Msc. in Syll. Disp. XXXVII. §. 2.) indubitate demonstrari potest. Scriptura quidem in nostrum commandum, & adversariorum incommodum, pro lubitu explicari non debet; sententia tamen semper præ aliis assumenda est ea, ceteris paribus, quam in signorem usum

usum vel ad thesin Theologicam probandam ac vindicandam, vel ad adversarios refutandos &c. præbet, qvia Spiritus S. semper maximè emphaticè & utilissime dixisse præsumitur.

Q. XXII. Dices: Hoc modo qvidem validè contra Calvinianos aliosqve inde agi; at illos contra, uti & Pontificios adversus nos (supposita hac explicatione de sacramentali comedione & bibitione) fortius disputare posse. Et hos qvidem posse (1) mutilationem S. cœna exinde defendere, qvod & fecerit concilium Tridentinum, licet haclenus qvidem vanè, qvousq; Theologi nostri de S. cœna h.l. sermonem esse negarint. Reipond. & ait: Non enim valet: Christus loquens de sumptione & participatione carnis & sanguinis sui, aliquando concionatur de manducanda carne & bibendo sanguine, aliquando vero reducit illa ad solam manducationem, ut: qui manducat me, vivet propter me. E. communio utrinque speciei non est, tanquam necessaria, præcepta, sed potest sufficere sola manducatio: uti qvidam Pontificiorum concilii Trid: argumentum proponunt, apud Chemnit: Exam: conc. Trid: P. II. p. 99. b. Namqve Respond. præter id, qvod habet B. Wilh. Lyserus Diip. Exeg. in Joh. VI. §. LXXXV., negando, qvod Christus reducat manducationem, & bibitionem ad solam manducationem, nam v. all: 57. non solam sacramentalem fruitionem designat; sed multò potius complectitur Christus, de se tuto loquens: qui me comedit &c. & spiritualem, & sacramentalem manducationem, & utramvis quidem intelligendam juxta superius dicta suo cum jure atque modo singulari, nimirum spiritualem sine distinctione; sacramentalem autem cum distinctione corporis seu carnis comedione, ac sanguinis bibitione. Nec stringit: Christus Job. VI. loquens de manducanda sua carne, & bibendo sanguine non facit mentionem vini, sed tantum panis. E. usus dominici calicis potest abrogari, & prohiberi: prout Osius in confess: cathol. concludit apud Chemnit. l. c. Nam Respond. ii.) Si id valerer, objici idem posset Theologis, qvi fractionem panis Act:II.46. XX.7. de S. cœna intelligunt.2) non est opus, ut omnia uno, ac præsertim hoc loco, tradantur, qvia Christus h. l. non instituit S. cœnam, sed tantum occasione spiritualis manducationis, de ea quoqve olim instituenda aliqua eatenus tradit, qvarenus sermo Christi desiderabat plenariam explicationem de eo, qvod Christus ipse sit noster cibus; non vero necessario id

re-

reqvirebat explicari, qvali cum vinculo arqve vehiculo futurus eset
cibus noster. Hadem certe argumentatione,.) ex 1. Joh. 5. 8. & 1. ad
Ieron. contra eos, qui per sanguinem intelligent sacramentum
cenae inferri posset, sufficere sanguinem, & corpore Christi opus
haud esse. Verum 4) ex locis, qvibus incidenter de materia aliquam
agitur, contra articuli sedem argumentari nemo debet; illa potius
ex his supplenda sunt & explicanda, hic fit mentio & mandationis
& biberio is, & haec non minus reqviritur, qvam illa, si non co-
mederitis & non biberitis &c. Jam vero vel stupidissimus quisque
concedet, panem non bibi, neqve potum esse. Et sane non
sufficit solus panis, ut corpus Christi & comedisi, & sanguis ejus
bibi possit, sed sanguinis etiam vehiculum implice defideratur.
Qvod observantes quidam magni nominis Pontificiorum, hunc
locum de spirituali exposuerunt mandatione. Dices, pontificios
(II) ex phrasij v. 51. panis est caro mea, transsubstantiationem propo-
gnare posse. Resp. Qyanquam Theologi plerique negent, biblicam
eam esse phrasin, qvod tamen respectu hujus loci, ambiguum
dictu esse debet:) hanc tamen phrasin non rejiciunt, qvia ab
antiquis, & in libris nostris Symbolicis Iepius est usurpata; sed
explicant, qvod ei insinuetur unio rei coelestis cum terrestri; non
amplius scilicet nudum esse panem, sed juxta synecdochen quoque
Grammaticam esse Corpus Christi, id est, sacramentaliter arctissime
conjunctum cum corpore Christi. (2.) Si haecce propositio trans-
substantiationem per literam inferre videtur, qvod tamen ater-
num niger, institutionis tamen verbis, tanquam sedi materie,
non præjudicare, sed ex iisdem exponi deberet; in illis autem di-
citur non ~~est~~ ~~est~~, sed ~~est~~ hoc, qvod vobis (scilicet pane)
porrigo, est corpus meum.

§. XXIII. Dices porro, Calvinianos (1.) ex hac propositione; panis
est caro mea. (qvam in disputando tanti faciunt, ut & Palatini in collo-
quio Maulbrunnensi, fassi sine, disputando se progredi non posse, qvod a
Wurtenbergicus ea propositio non acceptaretur: panis est corpus Christi,
testis Duchi ueri Hodomori. (p. 3124.) evincere posse, Christum de S.
coenam in proprio locutum fuisse. Resp. (1.) Evident illi, si placet,
hanc propositionem esse *impropriam*, & ostendat, in qyanam
voce sit tropus, si qvæ vox a naturali abeat significatione; qvam
impro
impro

in usitatam dicendam esse cum F. C. p. 76. contendimus , qvæ, qvia
rem supranaturalem describit, in rerum natura non habet similem,
adeoque juxta regulas mere logicas exactè judicari non potest.
(2.) Qvod si id evicerint, (uti evicare non poterunt,) nihil amplius
tamen lucratiforest, qvam Christum in hac phrasi impropriè h. l.
locutum fuisse. Qvomodo autem extra hunc locum corpus Christi,
& de qvo propriè prædicetur , ex verbis institutionis dicti debet.
(3.) Si autem hoc evincere non poterunt , habebunt hic phrasin,
qvæ ipsos convincere valebit , panem non esse nudum signum cor-
poris Christi. (II.) Calvinianos obtainere posse è v. 5. indignos
in S. coenæ non accipere corpus & sanguinem Christi; qvia qui come-
dit carnem Christi & sanguinem ejus bibit , vitam æternam habere
dicitur. Relp. Qvicunqve ita comedit & bibit , prout Christus
vult & intendit , (qva de re infra §. 30. pluribus agetur ,) ille
utique habet vitam æternam , qvod qvia non faciunt indigni , falu-
tari fructu & effectu S. coenæ privantur , ipsius corporis & sanguini-
nis Christi nihilominus particeps redditi , sed sibi ipsis in judicium,
id qvod non hoc quidem loco, sed alibi à Paulo docetur. Cor. XI. 29.
(III.) Calvinianos nunc multò magis abuti posse dicto Christi è v. 63.
Caro non prodest quidquam. Relp. Abusus non est usus. Nihil inde
lucrabuntur illi, qvousqve (1) Caro Spiritui opposita in vivificatione
spirituali , non probabit nec esset significare Carnem Christi
qvod probari nunquam potest: & qvousq; (2.) differentia etiam ver-
balis manet inter Carnem v. 63. & meam Carnem v. 53-56. &
qvousqve (3.) falsissimum est , Carnem Christi simpliciter sumtam
nihil predeste, qvod articulus de redēmptione, & articulus de fide ipsis
Calvinianis alter declarant: & qvousq; tandem (4.) Caro, etiam si pro
Christi carne haberetur , nihilominus exponi posset ac deberet de
carnē Christi sine Spiritu & sine fide sumtā: qvo modo non tantum ad
vitam spiritualem nihil prodest, sed & in iudicium sumitur, & Luther
te etiam nocet. Nullum igitur *Adversariis patrocinium parit*
hac de Sacramentali comeditione expositio.

§. XXIV. *Libros Symbolicos*, qvos venerari qvemlibet decer-
Lutheranum, huic sententię non retragari, sed potius eam impli-
citè, aut saltim ad tolerantiam usqve approbare, cuiilibet consta-
bit qui ad seqventia attenderit verba , qvæ habentur in solid: de-
clarat: p. 743: *Duplices igitur est manducatio Corporis Christi, una spiri-
tualis.* DE QVIA (NB.) PRÆCIPUE Christus in Johanne, capite sex-

to agit. Atque hoc quidem adeò verum est, ut i spiritualis etiam con-significetur manducatio in iis ipsis versibus, in quibus sacramentalis comedio nostrâ ex sententiâ traditur: quod ipsum ex promissione vitæ, & quidem æternæ vitæ, & resurrectionis gratiaræ, & unionis mutuæ patescit, quippe qualis promissio eventum fructus a&u sequentis absqve mandatione spirituali nancisci non potest. Verum igitur est, quod F. C. dicit, quod de spirituali Christus præcipue agat in Johanne, vel, ut est in Germanicô, davon Christus Joh. 6. fûrnehmlich handle. Si autem præcipue agitur de spirituali, sacramentalis comedio juxta F. C. ex hoc capite non excluditur. Unde & loco proximè citato ita pergitur: *Quia (spiritualis manducatio) non aliò modo, quam spiritu & fide in prædicatione & meditazione Evangelii fit, non minus, quam cum cena Domini dignè & infide sumitur: & deinceps: Sine qua spirituali participatione, Sacramentalis illa, aut qua ore duntaxat fit, manducatio in Cœno, non modo accipientibus non salutaris, sed noxia etiam & damnationis causa esse solet.* Patet ergo ex his, ita apud Johannem præcipue de spirituali manducatione Christum agere, ut Sacramentalis non excludatur, aut excludi per necessitatem ultam debeat. Ad hæc, si falvari debeat, uti debet, quod F. C. Decl. pag 735 ait de phrasibus, quibus Christus & Paulus intantur, cum dicunt: *panem in cœna esse Corpus Christi, aut communicationem Corporis Christi: non sane viderit quisquam, qvnam ex loco phrasis Christi peti hæc ipsa queat, nisi ex Joh. 6. 51. cum talis alibi phrasis haud obveniat, eademque recte, si quis eam urgeat, inde queat peti: ad cuius illustrationem quoque è Justino deinde hæc verba adducuntur, per verbum & preces ab ipso sanctificatum cibum, Domini nostri JESU CHRISTI corpus & sanguinem esse.* Sufficit autem nobis, ostendisse, Libros Symbolicos nullibi locorum nostræ huic sententiae adversari, nullibi eam impugnare, nullibi hos versus aliter explicare, qvin potius nostram sententiam qvodammodo insinuare.

S. XXV. *Consensus Parrum quoque pro hac sententia allegari potest, afferente Calixto Concord. Evang. I. V. c. 12. p. 204. sq. & non diffidente Schmidio coll. Bibl. post. p. 321. æqvæ ac Bohemorum utramque speciem argentum, testante Lutherio T. I. A. p. 340. Qui quile n consensus illorum testimoni, veritati in se nihil addit nec detrahit, atamen quando, probata per rationes veritate, haberis potest, hic quidem omni animi æquitate, immo & ille qvodam*

cum

cam gaudio est recipiendus; præsertim cum vel in ipsis Libris Symbolicis Apol. Aꝝ. Cais Cap. XII. p. 268. f. non vereatur allegare Ambrosium, vel ipsum v. 38. Capitis VI. Johannei de Sacramento explicantem.

S. XXVI. Recentiores autem Theologos copioſe diſſentire non diſſitent: Unde eorum autoritatem contra me urgeri deprecor tanto lubentius, quanto rectius novi, eorum agmen ſatis magnum aliter ſentire. Sunt tamen & aliqui, qui in hoc cap. VI. Joh. de S. cœna agi concedunt atque ſtatuunt. Inter illós (ut Scriptores Homileticos, quia haud raro alluſionibus ac ſenſu dicti alicujus Scripturæ accommodato niti ſolent, ſileam) eſt Calixtus, quem quidem, qvotiescumque à reſtituſione doctriṇæ recedit, omnino deferendum eſt iudico, & non tam ad illius eruditioñem, quām ad analogiam fidei respiciendum autumo: ubi tamen ſolidè ea proferit, qvæ fidem non tantum non laedunt, ſed & dextrè vel probant, vel iſtilluant, magna cum utilitate obſervari poſſe, eruditii omnes conſentunt. Hic vero ita de omni hac materiâ diſputat, ut ambiguum id maneat nemini, multò magis hic agi de Spirituali cum Sacramentali unitâ, quām de Spirituali extra Sacramentum cœnæ faciendâ truſtione, ſi iplo ſtetur arbitro. Præter eum verò, & qui ei ſunt affines, coeterorum rario erit aſſertus Theologorum, niſi quod Homiletæ, & Catechetae Lutherani qvivis, iudem quæ optimi nominis viri, in materiâ de S. Cœna, ejusque fructu plerumque ad hoc Caput Joh. 6. confugiant.

S. XXVII. Mireris verò nihilominus hoc caput in materia de S. cœna allegari, in primis ad utilitatem ejus probandam, vel ab ipsis Theologis Academicis, & quidem in cathedrâ academicâ conſtitutis, quod quidem a piis veteribus factum eſt ad declarandum ſalutarem uſum S. cœnæ, in ſpirituali corporis Christi man-ducatione & ſangvinis bibitione conſistentem, B. Gerhardus dicit LL. T. V. §. 179. p. 369. Non tamen video, quomodo valide ex h. l. qui juxta illos de S. cœna non agit, pro S. Cœna ejusque fructu aliquid probari poſſit. Ipſe judicioſiſſimus noster Schomerus coll. noviſl. controv. cap. XVII. §. 4. p. 67. probatur unionem cum Christo, & vitam aeternam eſt fine & effectum S. cœnæ, ad Joh. VI. v. 56. 54. provocat, & addit: quos effectus, cum NB. Sacra-mentis ſimpliciter adſcribuntur, per illa efficaciter in nobis producere

merito credimus. Sed quomodo quæso Joh. VI. Sacramento cœnæ hi effectus simpliciter adscribuntur, si de eo plane non agatur in hoc capite, sed de sola spirituali mandatione. Fidei hos esse effectus, probatione non indigebat.

§. XXVIII. Hactenus probatum, à v. 51. comm : 2. ad v. 56. sermonem esse de sacramentali comeditione & bibitione, simulque præcipuis objectionibus, quas objiciunt, vel objicere possunt dissentientes, est responsum. Jam ut sub examen quoque revocem eorum rationes, quibus, h. l. solâ de spirituali, non de Sacramentali seu de spirituali cum sacramentali conjunctâ comeditione ac bibitione agi, probare conantur, necesse est. Ab omnibus autem, quoad rem afferuntur fermè eadem: brevitatis igitur causâ tantum ea examinanda a summa argumenta, quæ proposuit Exegetarum Excellentissimus Seb. Schmidtius in coll. Bibl: poster: p. 328.

§. XXIX. PRIMUM est: Christus loquitur de mandatione & bibitione omnibus & omni tempore adid necessaria, ut sine ea vita æterna haberi nequeat v. 53. Atqui haec est spiritualis, non sacramentalis. Quod idem velut magni roboris argumentum & Lucifer usurper in Disp. Exeg. in Joh. VI. 9. LXXXVIII. Respond. I. per instant: Christus Joh: III. 5. loquitur de regeneratione omnibus & omni tempore adid necessaria, ut sine ea vita æterna haberi nequeat. Atqui haec est spiritualis, per solam fidem sine Baptismo quoque, non v. Sacramentalis regeneratio, quæ sit per baptismum: nam hōc privati, multi salvantur. Numquid haec sekvit quis putet? Ergo ne Joh: III. 5. de baptismo non foret sermo? At dices forsitan: Christum Joh. III. non dicere; eum, qui non regeneratur ex aquâ & spiritu, non posse intrare vitam æternam, sed non posse intrare regnum Dei, i. e. Ecclesiam N. T. Resp. (α) quanquam regnum Dei sibi significet Ecclesiam N. T. tamen quoque vitam æternam denotare, saltem quoad effectum & consequens, negari non potest, nam qui membrum non est regni Dei s. Ecclesiæ in his terris, nec membrum erit regni Dei in cælis. (β) quamvis concedam h. l. agi de Ecclesia N. T., vis instantiæ tamen nondum est eliminata, dantur enim absque baptismo membra Ecclesiæ: e. g. catechumenus verâ fide præditus, sed nondum baptizatus, aut erit membrum Ecclesiæ, aut fides & salus datur extra Ecclesiam. Conf. Gerard. Tom: V. L. de Ecclesia §. 54. p. 654. sq. Adjungo huic aliâ instantiam; Deus Gen: XVII. 14. loquitur de circumcisione

one omnibus malulis adeo necessaria, ut sine ea nemo tolerandus sit in populo suo, sed extirpandus. Atqui hæc est spiritualis, non sacramentalis circumcisio; nam populus in deterto natus non erat circumcisus Ios. V. 5. & tamen erat populus Dei. Seqveretur ergo Gen. XVII. de circumcisione non agi. Quidquid ad hæc respondent dissentientes, illud & sibi responsum habebunt: nempe distinguendum esse inter id, quod fit ordinariè, extra casum necessitatis, ac divinæ dispensationis, & id, quod fit extraordinariè in calu necessitatis & divinæ dispensationis. Quanvis igitur multi absqve S. coenâ, in calu ic. necessitatis ac divinæ dispensationis salventur, exinde tamen concludi non potest, hunc locum Joh: VI. de S. coena non agere, nisi &, ob eandem rationem, Joh. III. 5. de baptismo, & Gen: XVII. de circumcisione agi, negare velis; quod si faceres, clarissimæ contradiceres literæ, ut & contextui sacro. Resp. II. Ubinam in textu est: *omnibus, omni tempore?* ne ejus quidem vestigium apparet. Non dicitur, quicunque non *omni tempore* comedit carnem meam: nec id quidem simpliciter: *quicunque* non comedit &c. sed, *si vos non comederitis &c.* vos judæi, quibus dabitur atque offeretur S. cœna. Nam Judæi primo annuntiari debuit verbum Dei Act: XIII. 46. Vos, qui audire sermonem meum potestis, de eoque judicare: nam iudicandi facultate prædicti esse debent, qui Coenâ Sacrâ frui debent: si vos non comedederitis &c. Sic non omnibus omni tempore necessaria dicitur. Voces hæc: *omnibus omni tempore* in argumento additæ sunt, ut illud acuant; sed hoc quidem non absqve fundamento in textu, multo minus contratextum & clara verba particularia, fieri debebat.

S. XXX. SECUNDUM: Christus loquitur de manducatione & bibitione omnibus comedentibus & bibentibus salutari v. 54. 56. 57. 58. Atqui hæc est spiritualis, non sacramentalis. Resp. I. per inst: Paulus Gal: III. 27. 28. 29. loquitur de baptismo omnibus baptizatis Galatis salutari, quando dicit: *quicunque baptizati estis, Christum induistis, -- unus in Christo estis -- & juxta promissionem heredes;* fine dubio tamen inter Galatas quidam hypocritæ fuere, in quibus baptismus vim suam, ob obicem positum, exercere non potuit: quis vero inde argumenteretur de baptismo Sacramentali Paulum non loqui? Resp. II. Christus v. 54-56. (namque v. 57. & 58. non tantum de sacramentali, sed & de spirituali solitariè sumtâ; comeditione

agunt) indicat vim & efficaciam S. cœnæ, quam in se habet & emper exercer, si rite juxta voluntatem & intentionem Christi usurpatur: quemadmodum medicus recte medicamenti alicujus efficaciam & utilitatem, & quidnam operetur, exponit, licet non addat, vim hanc non exercere illud, si legitime non usurpetur, nam hoc per rei naturam subintelligitur. Non intendebat Christus, S. cœnam per impietatem hominum effectu frustratam, sed præstantiam ejus recte sumenda proponere. Hinc præmiserat spiritualis mandationis doctrinam, ut qvibus sciret, eamdem quoque in futurâ S. Cœnâ ad imperandum salutarem effectum, necessariam manere. Non urget contra hæc, qvod Schmidius addit: nec bene subaudiatur *to dñe*, dignè, hoc *exim tum demum faciendum* esset, si aliqui non bonus daretur sensus. Nam 1.) post quam probatum est, h. l. agere de S. cœnâ, bonus alias non datur sensus, nisi *to dñe*, aut simile quid subaudiatur; 2.) fidem subintelligendam esse in ejusmodi promissionibus frequentius est, quam ut ea de re dubium moveri possit, e. g. qvando Christus Matth. X. 32. dicit: qui me confitebitur coram hominibus, confitebor & ego illum coram Patre meo, subintelligenda ibi est fides, nam & impii confitentur Christum, & tamen damnantur, Matth. VII. 22. Sic Joh. VI. 37. dicitur: qui venit ad me, non extruderetur, & tamen hospes veste nuptiali destitutus extrusus est. Conf. & Rom. X. 10. Vid: Schomeri coll. anticalv. cap. XX. p. 149 3.) Etiamsi de spirituali comeditione explicetur locus, subintelligi tamen iterum aliquid debet, nempe *to finaliter*, multi enim ad tempus credunt, & non obtinent vitam aeternam Luc. VIII. 13. 4.) Qvæ urget necessitas, ut præcisè vox *dñe* subintelligatur? Sufficit, qvod hæc subintelligantur ex re ipsa enascentia verba; Juxta voluntatem meam, juxta præmisitam meam de fide doctrinam, qvi comedit &c. Erat enim tum temporis occupatus NB. in docendo in Synagoga Capernitarum v. 59.

S. XXXI. TERTIUM: Christus loquitur de mandatione & bibitione, quam requirebat jam tum à Iudeis, antequam S. cœna instituta esset v. 33. & sib qua corpus jam tum erat cibus, ac sanguis ejus potus v. 35. Atqui hoc de spirituali, non Sacramentali verum erat. Resp. (1.) Si hæc concludendi ratio firma eslet, seqveretur, Ps. II. de Messia velut *ἐνώπιον* sermonem non esse, cum & ibi requiratur, in prælenti ut osculentur Filium homines, qui tamen in carne nondum erat præsens. R. (II.) Christus jam tum à Iudeis nec requirere poterat-

poterat, nec reqvirebat, ut comedenter carnem suam, qvippe de qua v. si. aperte dixerat, se eam adhuc daturum esse. Panis ait, qvem, ego dabo, est caro mea. De hac qvidem præsente carne fermo est, sed eam comedere tum demum debent, qvam primum ea illis oblatæ fuerit, eamq; simul ut cibum jam præsentem inducit, qvæ actu præsens erat, qvanquam aliquanto post demum in actuali oris usum eam daturus erat. Sic Ies. IX. 6. de Messia⁹, post tot annorum spatium nascen¹⁰, dicitur: Puer natus est nobis, Filius datus est nobis. Ex eo autem, qvia Propheta in præsenti, sive in præterito loquitur, concludere velle contra omnes textus circumstantias, de Messia textum non agere, admodum est et durum.

S. XXXII. QVARTUM: Christus loquitur de mandatione & bibitione, quæ tum Iudeis saltem in mentem venire potuit & intelligi: Atqvi sacramentalis, tanquam mysterium nondum revelatum, ne qvidem in mente ipsiis venire potuit. Resp. I. per Inst. Deus Gen. III. 15. loquiur de semine mulieris, qvod tum Adamo & Evæ saltem in mentem venire potuit & intelligi. Atqvi Messias nascendus tanquam mysterium nondum revelatum ne qvidem in mente ipsiis venire potuit. Anne propterea de Messia ibi non agitur? Dices: in futuro loqui Deum: inimicitiás ponam. Resp. (1.) etiam h. l. v. si. in futuro loquitur Christus, dicit enim ἀπόστολος. (2.) ad minimum sic illæ prophetiæ & prædictiones tollerentur, qvæ de rebus futuris in præsenti vel præterito loqvuntur, ita si rite concluderetur. Sic, qvando Hos. XI. 1. Propheta dicit: Filium meum vocavi ex Ægypto; Iudeis in mentem venire non poterat vocatio Christi ex Ægypto illa, qvæ Matth. II. est descripta, & nihilominus eam Propheta insinuat. II. licet comedio sacramentalis in mentem illis venire non potuerit, qvippe qvæ nondum erat instituta; tamen de alia, qvam spirituali, Christum nunc loqv11 mandatione, illis in mentem venire poterat, imo & venit. Credere igitur debebant Christo, panem Eum daturum esse, qui si caro Christi, carnem & sanguinem ejus olim comedendam & bibendum esse &c. Et sic obligati erant, cum observantia ut audirent Prophetam, qvem venturum in mundum prædixerat, & ut audiretur, graviter injunxerat Moses Deut. XVIII. 18. 19. qvemque illi veniente agnoverant Joh. VI. 14. Immoto igitur huicnque stat fundamento, à v. si. contin. post: ad v. 56. inclus. de sacramentali cœmptione & bibitione fidelibus necessariæ loqui Christum, id qvod ad firmandam thesin §. 7. propositam, probari debebat.

S. XXXIII.

§. XXXIII. Et sic modelte, ut puto, evictum est, connexionem quoque textus ipsam inferre, his verbis v. 53. sermonem esse de necessaria mandatione & bibitione Sacramentali. NECESSITAS S. coenæ igitur nunc porro ultrò patescit, quia, si Iudei in futurum, verlu si. insinuat, non comedant carnem Christi, & bibant sanguinem ejus, non habere tunc eos vitam in feso, afferit Christus : ἐὰν ἔχετε λαύρην εἰς εἰατήσις, λαύρη np. Spiritualem, quā quis vera fide vivit, eaque Christo conjunctus est. Qui autem in hāc naturali vita, spirituali destituitur, aeternā quoque privabitur. Necessitas igitur fuit tanta, ut vitam aeternam S. coenæ neglectā ad ipsiū non potuerint hi Iudei, inter quos & intermixti erant multi è discipulis Christi, imo & ipsi Apostoli.

§. XXXIV. Loquitur hāc qvidem Christus ad Iudeos ipsum tunc audientes ; nihil tamen impedit, quo minus & ad nos hāc applicari & possint & debeant : nulla enim ratio est, cur hāc specialiter ad illos tantum pertineat, cum S. Coenam , cuius necessitas hāc verba insinuant, ad adventum usque Domini (sc. ad extremum iudicium) celebrare Christianos iussit Christus per Paulum i. Cor. XI. 26. Merito hoc allegari potest, quod scriptum est Marc. XIII. 37. *Quod vobis dico, dico omnibus & Matth. XXIX. 20. Docete eos servare omnia, que vobis praecepi.* Quemadmodum mandatum Joh. V. 39. de scrupulis Scripturis immediate Iudeis datum, omnes obligat, qui sacras literas legere & scrutari possunt : ita hāc verba ad omnes spectant, qui edere & bibere corpus & sanguinem Christi possunt, sic tamen, ut corpus & sanguinem Christi dijudicare, mortem Domini annunciare, & feso probare simul possint.

§. XXXV. Necesitas igitur hāc non premit infantes, quippe qui rationis usum nondum habentes, nec de verbis Christi judicare, (ut Iudei quidem hi poterant, cum quibus loquitur h. l. Christus) nec corpus Domini dijudicare, nec mortem Domini annunciare, nec seipso probare possunt ; quod tamen Paulus ab homine S. coena ultro expresse reqvirit i. Cor. XI. 26. 28. 29.

§. XXXVI. Notandi hīc , & dimittendi veniunt Patres , qui communionem infantum necessariam esse statuerunt. Quæ sententia iuxta Maldonatum circiter per sexcentos annos in Ecclesia viguit, omnesque Patres, qui in primis seculis hujus titus mentionem faciunt, ad universam Ecclesiæ praxin provocare, null-

nullumque huic asserto contradixit dicit, Ecclesiam univertam aliquando errare posse hinc suo modo concludens, Magnit. D. Fechtius Patronus atque Praceptor meus nunquam satis devenandus Philocal. S. Thes. ex Theol. Patristica XXXVI. p. 173. Si verò ex loco nostro hoc concluserunt Patres, aliquid humani illos pastos esse, dubitandum non est; non enim dicitur simpliciter quicunque non comedenter &c. Sed si vos non comedenteris, &c. Logebatur autem Christus cum adultis, qui de sermonis hujus veritate disceptabant. Et si simpliciter dictum fuislet: quicunq; non comedenter &c. videndum tamen prius fuislet, an alia loca obstante, quod minus, infantibus porrigidam S. Coenam esse, ex h. l. concludi posset. Et talia inventu facilia fuislent. Requisita enim i. Cor. XII. à Paulo proposita, & §. præc. allegata, satis evidenter arguant, infantes S. Coenâ frui nec posse, nec debere, sed solos adultos.

§. XXXVII. Qui tamen non sic ad S. Coenam sunt alligati, ut plane non, ne quidem in catu necessitatis, absq; illâ salutem adipisci possint. Necessitas enim S. Coenæ non est *absoluta*, cum (1.) ne Baptismi quidem (qui tamen unicum infantes regenerandi medium est, idqvè adeo necessarium, ut Christus clare afferat Joh. III. 5. *Nisi quis regeneratus fuerit ex aquâ & spiritu, non potest introire in regnum Dei*) tanta agnoscatur necessitas, ut infantes, qui illô priuati deceidunt, simpliciter à gratia Dei excludantur; multo autem minus necessitas S. Coenæ absoluta erit, cum adulti præter eam habeant verbum divinum, ceu salutis medium extrinsecus acceptandum, qvōd fidem confirmare & excitare potest: nec (2.) præsumi possit, Deum nostrum benignissimum, hominesq; tam impense amantem, eorumque salutem omni nisu promoventem & desiderantem, verè credentes salute privare velle, qui præter omnem culpam suam hoc frequentare non possint Sacramentum: ac (3.) nullibi hoc asleratur, nam ad nostrum quidem locum qvōd attinet, eum absolutam necessitatem non indicare, supra §. 29. est ostensum: sed necessitas est hypothetica seu conditionata: si nempe S. coena haberi potest, necessitas hæc est tanta, ut sine jactura salutis negligi posse ex hoc nostro loco merito negetur.

§. XXXVIII. Necessitas tamen hæc adultos obligans, non est *coactionis*, quasi illi externe cogi debeant ad hoc Sacramentum etiam invitè frequentandum, nam Deus non amat cultum coactum, sed spontaneum P. C. 3. sed *juris & obligationis* tum respectu medii,

tum respectu promulgatae voluntatis & mandati Dei , cui tamen Christiani libentissime obsequuntur, absque ulla violenta coactione : sicuti non ideo bona opera faciunt, quia lex eos cogit, sed sponte (Prov. XXI. 15.) exsequuntur voluntatem Dei, quam lex iis indicat. Nemo igitur violenter ad S. Coenam est adiendus aut impellendus, ne de integro nova animarum carnificina constituantur. Hoc tamen interim sciendum & docendum est , tales pro Christianis non esse reputandos, qvnto tempore (qvantò magis, qvi perpetuo?) à Sacramento se alienos faciunt & subtrahunt, (Catech. Maj. p. 560.) ne ii , qvi perinde ducunt, utrum accedant an non, se bonos Christianos esse autem ; sed sciant , se obligari, ut accedant ad S. coenam ; si autem nullo impedimento prepediti eam negligant & contemnant, vitam se non habere in seipisis; per clara Christi verba : *Si non comedieritis carnem Filii hominis, & bibieritis sanguinem ejus, non habetis vitam in vobis ipsis.* Imo etiam renatus, necessitatem hancce considerando se excitare & quasi cogere potest, ut ad hoc Sacra mentum accedat. Opus hoc non eslet, si homo in hoc rerum statu perfectionem omnimodam attingere posset, sed qvia, quamvis delectetur præceptis Dei secundum interiorem hominem , tamen sentit legem adversantem in membris suis, qvæ est veteris Adami, qvi nihil sponte facit; ideo debet cogi & in servitutem redigi. conf: L. S. solid; declarat: p. 722. Qapropter quando pius tedium atque fastidium potius, quam famem ac desiderium ad S. coenam accedendi apud se sentit, non ideo ab ea abstinet, prætexens, conscientiam sibi non permittere, ut accedat; sed hunc voluntatis suæ motum, qvia voluntati Dei adversatur, peccaminosum, atque veteris Adami reliquias esse judicat, qvas non seqvendas, sed subigendas esse novit. Hinc eō avidius S. coenā utitur, ut novum hominem roboret, viresq; his & similibus impugnationibus resistendi, easque vincendi acquirat: quemadmodum, qvō magis langorem in orando, cœu malicie carnis suæ testem , sentit, eo i penitus orat & orare debet, quamvis ingratum arque moleustum carni suæ id exsistat.

S. XXXIX. Necesitatem hanc S. coenæ Christianos obligantem ferre non possunt Indifferentistæ, in specieq; Arnoldus, vir sancte & multa variorum lectione & collectione uti notissimus, ita & doctissimus, sed , qvod dolendum , ad indifferentismum omnia, scelens, cui & hanc obstatre cum videat, dicit eam contrariari liberta-

bertati filiorum Dei, in qua ut licet Christiani, & ne patiantur se le sub jugum servitutis redigi, hortetur Apostolus Gal. V. 1. idque refert inter beatitudines primi seculi, quod non indigerint perfecti exterritorum mediorum auxiliatorum, debilibus constitutorum, neque alius alium ad §. Cœnam alligaverit, neq; ad ullam fidei corroborationem, neq; ad memoriam Christi, neq; ad mutuam inter se unionem; sed eam quisq; cuiq; in libertate permiserit. Vid. Arnold. R. und R. Hist. Part. I. l. i. c. 5. §. 15. atq; alibi. Sed queritur, quid per libertatem filiorum Dei intelligat Arnoldus? an omnimodo liberos esse Christianos censeat, sic ut planè nihil illos obliget? Si hoc E. liberum erit Christianis, utrum in Christum credere, an illum rejicere, pie an impie vivere, magistratu obediere, an resistere velint? &c. Non credo, eam cepisse Arnoldum dementiam, ut hoc assertat. E. necessariò hanc libertatem ad quædam restringendam esse fatebitur: E. & nec omnibus, quæ Christianos obligare dicuntur, objicienda libertas est Christianorum: E. & ad quædam Christianos obligari, non obstante eorum libertate, dicendum manet. Quænam autem illa sint, & ad quæ libertas Christianorum se extendet, quærendum est, non ex cerebro nostro variis præconceptis opinionibus imbuto, sed, ubi ad Gal. V. 1. provocare velit, eodem illo ex Apostolo Paulo per Spiritum S. acto. Huic autem in hac Epistola ad Galatas res est cum Judaizantibus Christianis, labefactantibus animas, jubentibus Christianos à lege Mosaicâ liberatos circumcidit, & servare legem: Conf. A. Et. XV. 24. Contra illos disputat Paulus, & probat, legem Mosis illam Christianos non obligare. Qvis unquam, qui sensum ex textu efferre, non in textum inferre intendit, ex h. l. concludet, S. coenam non esse necessariam, & Christianos, ut ad eam accedant, non obligari. Meminisse debebat, quod Paulus in hoc ipso capite moneat, ne libertate abutantur Christiani v. 13. & quod Petrus dicat, 1. epist. 2, 16: Τανquam liberi, τεδην ὡς επικαλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας την ἀλευθερίαν, ἐλλ' ὡς δοῦλοι τε θεού. Servum autem decet voluntatem Domini sui exseqvi. Conf. Magnif. Dn. D. Fecht. Coll. MSC. de Theol. indist. c. XIV. §. 13.

¶. XL. Voluntatem vero Domini nostri Jesu Christi esse, ut ad hoc Sacramentum accedamus, sive S. coenam præceptam esse, dubitare nos non sinunt. 1.) assertum Christi circa inscriptionem S. Cœna h. l. Si non comederitis carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem eius, non habetis vitam in nobis ipssi; ubi indigando damnum ex

Sacramenti hujus neglectu oriundum, Christus omnino vult, ut comedamus & bibamus. 2) ipsa etiam clarissima verba institutionis S. Coenæ: HOC FACITE in mei commemorationem. Hec sunt verba, inquit B. Lutherus in cat: maj. p. 560. nobis præcipientia, & jubentia, quibus iis, qui Christiani censeri volunt, mandatur & præcipitur, ut utantur Sacramento. 3) verba Pauli i. Cor: XI. 28. circa repetitionem S. Coenæ: δοκιμαζέτως διάθεσος ιαυνή, καὶ ἔτως ἐκ τῆς ἡρτῆς εἰδίτης, καὶ ἐκ τῆς πνευματικῆς πνεύματος, quæ verba, ut emphasis patescat, sic etiam verti possunt; Der Mensch aber soll sich selbst prüfen / und also soll er essen von diesem Brodt / und soll trincen aus diesem Kelch. Sic enim non solum, ut existimare quidam cupiunt, (vadet Apostolus, sed mandat, ut homo se probet, edat & bibat, idque ex intentione Christi doctrinam de S. suâ Coenâ ipso ex celo repetenter.

s. XL. Nihilominus sunt, qui S. coenam à Christo mandat esse negant, ut quidam Anabaptistarum, usq; vicinorum Quarckerorum, qui S. coenam non magis, quam pedilavium præceptam esse dicunt: de hoc enim quoque dicere Christum Joh. XIII. 14. Vos debetis vobis invicem lavare pedes, & v. 15. sicut ego feci vobis, & vos facite. Sed Resp. 1.) Si pedilavium cum S. coena comparandum esset, dicendum potius, Christum & hoc mandasse atque instituisse, quam, utrumque mandatum esse, negare quis possit. 2.) Qvod autem Theologi nostrates pedilavium Sacramentum esse, & hunc ritum nos obligare negant, exinde est, non quod rō facit præceptivum non esset, sed (a) quia ipse Christus perspicue satis declarat, quod per lotionem pedum intendat humilitatem & charitatem lotis inculcare: quando dicit v. 12. scitis, quid fecerim vobis? quid velim, quid intendam per hunc ritum? (nam pedes lavantem viderant, de eoq; dubitare non poterant:) Ego sum uester Magister & Dominus, adeoque à vobis servitia requiri possem, nihilominus uestros pedes ego lavi, vobisq; servivi: sic & vos vobis invicem lavare pedes debetis, i.e. ad quævis charitatis & humilitatis servitia & officia, etiam vilissima, (qualis hic pedes lavandi ritus inter orientales erat, cont. i. Sam. XXV. 41.) parati esse debetis. Injungitur igitur charitas atque humilitas, non autem præcise hic ritus in nostris terris inconsuetus. (B) quia promissio gratiae justificantis huic ritui non annexitur, quod tamen ad Sacra-

cramentum N. T. reqviri ex inductione elegantissimè probant Theologi. Obj. dici v. 8. *si te non lavero, non habes partem mecum.* Relp. (1) Petro hoc planè specialiter dicitur, non aliis discipulis. (2) Non dicitur, qvod per hanc lotionem partem cum Christo adepturus sit Petrus, sed, si ulterius repugnet, (qvod fecerat forte, ut se se civiliorem coeteris esse demonstraret, cæteros discipulos in ruborem quasi daturus, qvod absqve repugnantia sibi hæc à suo Magistro fieri permiserint,) & se lavari si non permittat, partem eum cum Christo non habere, sc. ob repugnantiam contra Christianitatem superstitione declarata: licet alii aliter quoque explicant. (3) Nullus Apostolus ejus ritus, tanquam actionis à Christo institutæ, mentionem facit, qvod tamen necessarium fuisset, si Christianos hic ritus obligaret. Locus i. Tim. V. 10. objici non potest, qvia primo statim intuitu patet, Apostolum loqui de ritu interris orientalibus confveto, in quibus aduentium pedes ob caliditatem regionis sudore & pulvere inquinatos, imò & non raro afflitos lavare, moris erat. (4) In primitiva Ecclesia hic ritus ut Sacramentum non est receptus. Quosdam patres quidem, pedilavium Sacramentum vocasse, sed hæc tamen voce, in latiori significatu, pro qvolibet sacræ rei signo eos uti, rectè dicit Gerhardus T. IV. p. 770, conf. B. Thom. Ittigni Dilp. de pedilavio Christi imitando Lips. Ann. 1699. habita.

S. XLII. Et Grotius in disf: *de cœna administrat: ubi Pastores non sunt, Londini 1685.* conjunctim cum Petavii, Cloppenburgii, & Douwelli responsionibus impresa, referentibus A. E. L. A. 1687. M. Aug. p. 447. S. cœnam præceptam esse negat, ut evincat, liberum & licitum esse Christiano, à S. cœna abstinere; & hoc paci Ecclesiastice, qvam tunc meditabatur Grotius, convenientius esse, judicat. Et hodie Plurimas ex iisdem principiis, np.indifferentisticis, pro libertate omnimoda utendi S. cœnā pugnare, dicit Magnif. Dn. Di Fecht in coll. Msc. in Syll. novissi controv. ad Disp. XXXVIII. §. 2. Mirum non est, qvod instituta pia Ecclesiæ nostra evertere conentur hodierni Novatores, si ipsius Dei mandata eliminare haud erubescant. Laudandum summe est studium pietatis, &, ut in cœlum evehantur, digni sunt, qvi eam hisce exulceratis temporibus omni misera promovent, omniaque removent, qvæ illam vel tollere vel impedire possunt; sed fieri hac debent juxta præscriptum verbis Divini, a qvo qvamprimum deficitur, pietas Deo grata non est,

est, sed cultus electius, quem Deus detestatur. Cum autem in verbo Dei clare scriptum mandatum servandæ S. cœnæ habeamus, nefas est, quocumque id fiat prætextu, illud negare. Non valet ergo, quando Grotius putat (1.) præceptum, si quod in verbis ταῦτα ποιῆτε, esse videatur, per addita verba: ὅταν ποιήσετε, limitatum esse: nam huic objectioni Lutherus jam in catech. maj. p. 561. satisfecit, quando scripsit: non dixit, ut perpetuo nunquam faciamus, ipsa enim verba in litera sua sunt præceptiva, quia postea haec ipsa verba diceantur: Quotiescumque feceritis: una injunxit, ut saepe Sacramenti communionem ticeremus. Estque propterea adjectum, quod Sacramentum velut habere liberum, non certo tempore alligatum, velut erat Iudaorum Pascha, quod singulis annis semel tantum, ac non nisi decimo quarto (male in quibusdam editionibus est: decimo septimo) die primi mensis, vesperim mandare, nec ullum diem transilire cogebantur. Conf. Magnif. Dn. D. Fecht l. c. (II.) Paulum S. cœnam vocare institutum, non mandatum. Resp. (a) Paulus illud, quod mandatum à Christo erat, Corinthii tradidit: (b) ipsum Paulum S. cœnam mandans, supra §. 40. ex 1. Cor. XI, 28. est probatum: (c) Vox instituti apud Paulum non legitur, licet vocibus utatur ωρέλαθος, & ωρέδων, quæ verba omnino quoque de lis recte dicuntur, quæ mandata sunt: (d) Imò & de S. Cœna locuturus ipsam vocem ωρεγγύελλων præmitit loc cit. v. 17. Pietistis vero similia urgentibus similia reponimus.

§. XLIII. Etsi vero S. cœna nullius prorsus eslet usus, nihilque in ea acciperemus præter nudum panem & vinum; tamen ob solum mandatum & voluntatem Christi necessitas ejus satis eslet urgens, tantique facienda eslet S. cœna, ut lubentissime eam frequentaremus, & quicunque Christianus perhiberi vellet, nefas judicare deberet ab ea abstinere: multo major verò est necessitas, minusque vilipendi atque negligi S. cœna debet, cum a Deo ordinata quoque sit in saluberrimum salutis medium, quo gratia Dei & offeratur, & conteratur, atque fides nostra corroboretur. Nam (1.) habemus per hanc comedionem & bibitionem vitam æternam. Sic enim (a) Christus dicit: nisi comederitis ---, non habetis vitam in vobis ipsi, ergo, per sensum his negatis contrarium, si comederimus carnem Christi, & biberimus sanguinem ejus, habemus vitam. Fatores, hanc concludendi ratione semper quidem ob materię obstatulum non procedere, h. l. tamen, quia nullū est obstaculū, legitimate sic concluditur. (2) ipsius etiam Christi verba id innuunt v. 54 Quod edit carnem meam, & bibit

& bibit sanguinem meum, habet vitam eternam. (2.) comedimus & bibimus ipsum corpus & sanguinem Christi: de comedenda enim tua carne, quæ juxta v. 55. & alioquin est esca, & de bibendo suo sanguine, qui alioquin est potus, clare loquitur Christus. Et quidem comedimus corpus, quod pro nobis uti sacrificialiter in passionem & crucem datum est, ita & sacramentaliter in escam, quotiescumque S. in cena, datur, & bibimus sanguinem, qui pro nobis uti sacrificialiter esatus est in passione ipsaque de cruce, ita & sacramentaliter in potum, quotiescumque S. sit Cœna, effunditur in remissionem peccatorum Luc. XXII. 19. 20. Matth. XXVI. 28. In his, inquit B. Luthe-
rus in aureo Catech. maj. p. 55. utrumque habes, & quod Christi cor-
pus sit, & quod tuum sit, tanquam thesaurus & donum concessum gratuito.
Quin etiam illud pro certo constat, Christi corpus & sanguinem nequaquam
rem octosam & infringiferam esse posse, qua nihil fructus aut utilitatis
adferat. Ejusmodi enim thesaurum in S. cena accipimus, per
quem & in quo peccatorum remissionem conseqvimur, ideo quia
verba illa extant, & haec dant nobis. Si quidem properea jubemur
edere & bibere, ut nostrum sit, nobisque utilitatem adferat, veluti
certum pignus & arringo, immo potius res ipsa, quam pro peccatis
nostris, morte & omnibus malis ille opposuit & oppignoravit. l. c.
p. 55. (3.) De resurrectione etiam nostra v. 54. & unione cum
Christo v. 56. certi inde reddimur. Qui autem in Christo est, in eo est
& devotus christus Rom. VIII. 1. neque dum hic vivit, neque in futura
resurrectione.

S. XLIV. Pontifici hinc in excessu peccant, dum ipsam actionem
sacramentalem, quam opus operatum vocant, plus justo copiose
extollunt, atque gratiam Dei conferre putant, etiam sine bono moui-
s. fide utentis. Et, quod impensè dolendum, extrinsecus in nostra
Ecclesia quoque sunt, qui idem leniunt, autumantes se bonos esse
Christianos, si templum & S. cœnam saepius frequentent, internum
vero, qui in fide consistit, Christianissimum & devotionem veram,
seriumque studium pietatis & abnegationem sui, fanaticum atque
pietisticum judicant. At vero in his, vanâ opinione deceptos
homines, Theologi nostri, & omnes animarum Pastores, qui
considerant, sibi coram tremendo Dei iudicio aliquando rationem
officii sui reddendam esse, graviter invehuntur, atque ostendunt,
externum Dei cultum absque interno esse corpus sine anima, &
at-

SACRAMENTALIS FRUITIONIS

abominationem coram Deo Jes. 1. 11-15. Amos. V. 21. Jer. VI. 20. Mal. II. 3. & grave eos judicium, si in hac opinione perseverent, subituros ajunt, atque cum omnibus, iuxta Matth. VII. 23. tene vanè excusatibus, horrendam Dei vocem audituros esse: *Non novi vos, discedite a me!* internum verò Dei cultum tantum praestare extero, quantum anima corporis, & sic primario à Christianis requiri: necesse est, ut accessurus ad S. coenam contriti & humili cordis sit, ut remissionem peccatorū credens in Christo desideret, ut unionē cum Christo, amore atque delicias hujus seculi negligens, aveat, dum pro salutari fructu judicium exspectare nolit gravissimum. Qui igitur afferunt, Theologos nostros tantum externa exigere, sive potius hominibus hanc opinionem non eximere; (namque haud credo, vel uolum afferri posse, quicquid internum necessarium esse neget,) inique criminantur, das äußerliche Werk zu einem wahren Gottesdienst und Grunde aller Seligkeit gemacht werde; aut plane fallum dicunt, aut vitium unius forte atque alterius legniter officio suo fungentis, toti Ecclesiae more hodie multis conserto imputant: quod utrumque minus est Christianum.

§ XLV. In defectu peccant & necessitatem medii negant, quotquot ex S. coena, nudam ceremoniam, ut Sociniani & Fanatici, aut nudum signum faciunt, ut Calviniani & Arminiani, qui, quamvis specie lata satis aliquando de verâ efficacia coenæ loquuntur, revera tamen lectori imponunt, nam non intelligunt efficaciam organi, sed veritatem signi. vid. Alberti Interesse p. 344. Et Syncretista, ho- diernique indifferentista, ut & Pietistum aliqui, le S. coenam pro medio salutis non habere, eique parum utilitatis relinqueret, partim abiecte de ea loquendo, partim apertis verbis produnt. Arnoldus interdum contentum eam vocat: *Das Essen und Trinken.* Quæ autem ejus sententia sit, quam non raro tegere studet, optimè docebit Do. D. Fechtius, qui sic eam proponit in coll. Msc. in Syll. ad dtp. XXXVII. §. 2. *Monimus jam, inquit, in antecedentibus, quicquid externi in Ecclesia cultus est, frequentationem sacrorum, precum publicarum exercitium, communionem sacramentalem, & quicquid ejus generis est, ab Arnoldo inter egena elementa numerari, quibus novelli Christiani disciplina exterioris causa se aliquando subjecere necesse haberint, donec subinde magis magisque spirituificarentur, quo facto libertati summa redederantur, ut non amplius servi sint, aut ad momentum horumque obediant isti, qui naturâ dit non sunt.* Si aliquando his externis & infirmis ele- mentis

mentis sese iterum subjecerint, ne potest non tolerentur in loco, nisi ordinat Ecclesia sese attemperent, tum conscientiam ipsorum iis permittere, ut similem consensum cum Ecclesia, donec viam inveniant, ex conscientiarum carnificina eluctandi: Hac verissima est Godofredi Arnoldi doctrina. Doppelius, omnium hodiernorum novatorum pessimus, suam de S. cœna sententiam clarius proponit in confessione sua Art. IX. p. 53. Das es (des Herrn Nachtmahl) nach der Absicht Christi nichts anders sei, als eine Verkündigung des Todes Christi und eine Gemeinschaft der Brüderlichen Liebe / daß dadurch keine Vergebung der Sünden/Leben und Seligkeit gegeben werde/durch eine erdichtete Sacramentaltheit Vereinigung / und daß die Gnade und Kraft Gottes so sich bey solchem Liebes-Mahl finden sollte / durch das Gebet und Harmonie des Geistes in Christo müsse entstehen. Satis eri, hæc tantum tetigisse ac memorasse. Argumenta vero, quibus Sacrae cœnae efficacia per hujus farinæ homines impugnatur, a Theologis nostris alibi abunde discussa hic repeterem, nec spatiis permittit angustia, nec requirit instituiri ratio. Nos abstinemus ab ejusmodi hominibus satis commonetatis, atque autoratae pote, & in ipsâ veritate superius indicata convicticimus, ac perseveramus.

S. XLVI. Quia igitur Sacra cœna à Deo est mandata & in virtute salutisque medium uti supra §. 43. ostentum ordinata, sine offensione Dei & contemtu consilii Divini (Luc. VII. 30.) negligi non potest. Nec parvipendi ea & per longum tempus differri debet. Quanquam enim, quoties ad Sacra cœnam accedendum, non præscriptum sit, nec præscribi debet, tamen sepius id fieri debere (1.) vult Christus, quando dicit: hoc facite, quotiescumque feceritis: q. d. Ego vobis festivitatem paschalem seu cœnam adorno & constituo, quam non tantum ad hujus diei vesperam quotannis celebrabit, sed ea sepe fruemini, quando & quotiescumque libitum fuerit, prout cuique integrum erit & necessarium, nulli loco aut tempori alligatum. Cat. maj. p. 561. (2.) idem indicat Paulus I. Cor. XI. 26. quotiescumque manducabitis panem hunc &c. (3.) perpetua comprobata Ecclesiæ praxis. In primitiva Ecclesia Apostolicæ vicina, flagrantie persecutiorum incendio, singulis diebus Christianos communicasse, postea singulis Dominicis communicari coepit esse, probat Gerhardus LL. Tom. V. p. 53. 8. tandem verò parcus, ac ter vel quater in anno Sacra cœna uti consuevit Ecclesia. (4.) Nec id negabit is, qui & virtutem hujus Sacramenti & ipsum noicit. Nam hic bene observabit, suam

infirmitatem, tot impugnationibus hostium, veluti Diaboli, mundi,
 & carnis propriæ, acerri ne ipsu n infestantum, constanter resi-
 stere non valentem; opus ideo ipsu n habere solatio & reto-
 cillatione: & semet sua sponte ultra impeller L. S. p. 560. & gaudebit,
 tantes sibi patere ad Sacramentum accedendi januam L. S. p. 568. Coetera
 & imprimis notum illud simile de cibi & potus ordinarii frequentia,
 ut mittam, solum hoc ex ipso Filii Dei institutione ac Repe-
 titione arcessitum subjungo argumentum: Quid in spiritualibus cre-
 brò heri potest, ita ut Filius Dei non tantum hunc actum impera-
 verit, sed & actus frequentiam sibi probari declaraverit, itaque
 implicitè quoque comendaverit tum in terris, tum de cœlo:
 id ipsum jure merito à fidelibus Christianis non negligenter est
 suscipiendum, sed pro circumstantiarum justâ ratione etiam fre-
 quentandum est. Atqui fructus hujus Sacramenti &c. E. &c. Eique
 alterum hoc subjungo è dicto nostrô Johanneo peritum: Quid
 quid divinitus institutum ita necessarium est homini adulto, Deique
 Verbum audiensi, ut sine eo, quod frui poterat, viram spiritualiem
 in se ipso non habeat: id juxta institutionem Divinam toties ad
 minimum ab eo est frequentandum, quotiescumque periculum est,
 ne vita spiritualis illi aut desit, aut labefacta sit. Atqui Sacra Cœna
 divinitus instituta ita necessaria est homini adulto &c. E. Sacra Cœ-
 na juxta institutionem divinam toties ad minimum ab eo est fre-
 quentanda, quotiescumque &c.

S. XLVII. His non obstantibus plures sunt etiam in nostra
 Ecclesia, (reliquos taceo) qui usum frequentem S. coenæ non adeo
 necessarium, & rem non magni momenti esse, si per aliquot annos
 ab eâ abstineatur, mente statuunt, verbo dicunt, & praxi com-
 probant. De quibus aliqua afferre luber.

S. XLVIII. Non autem mihi res erit cum apertis & in
 publicis sceleribus perseverantibus peccatoribus atque contemto-
 ribus huic Sacramenti, qui præter militiam nullam adferre pos-
 sunt causam, cur a S. coena abstineant, quos in conscientia caute-
 riatis vocari licet: Nec cum illis, qui lubentissime eam fre-
 quentarent, bene sentientes suam infirmitatem, eaque libenter ex-
 onerati essent, sed impetrare illud a se non possunt, quod impen-
 fissime dolent; quos in conscientia tentatos recte dixeris. Ut enim
 illi per Legem Dei prius sunt conterendi, ut peccata sua sentiant,
 usque medicinam querant: ita hi erigendi sunt benignitate sui
 Salvatoris, qui contritum cor amat, atque omnes laborantes & one-
 gatos

ratos amantissimè invitat, eosque reficere te velle promittit Matth.
XI. 2. Abstinere ideo hosce non debere ab hoc Sacramento, neque ob
deponendam sanè suam malitiam, neque ob infirmitatem suam
persensam, sed illud utrumque debere intruri, atque eodem uti, velut
preciosissimā tyriacā aut antidoto præsentissimo adversus omnia venena,
quibus infecti sunt, sancte docetur Cat. Maj. p. 56o, sed
illos paucis notabo, qui à S. coena abstinendo, eamque
negligentius differendo se peccare, non sunt persuasi, sufficientibus
se rationibus aliis ad id inductos, bonosque Christianos nihilomi-
nus se esse, putantes. Non unam autem omnes adferunt rationem.

S. XLIX. Sanctitas a quibusdam prætenditur, tam interna
quam externa. Internam sanctitatem qui allegant, se adeo firmos
esse Christianos putant, ut fidem suam hoc Sacramento corroborare
opus non habeant, satis se spiritualis vita in se ipsis habere existi-
mante. Sed hi, aut, quid ad veram sanctitatem reqviratur, aut certe
seipso, aut simul utrumq; ignorant. Qvod si scirent ad sancti-
tatem reqviri exactam & perfectam cum voluntate Dei convenien-
tiā vitæ suæ in omni re:titudine, & omni ejus parte, & supremo ejus
gradu & qvovis tum loco, tum tempore præstandam, atq; cognolce-
rent, in ipsis carnis qvā tali nihil habitare boni, sed semper aliquo d-
sensu Spiritui Dei rebellantis manere; ultro faterentur cum Iaco-
bo c. III. 2. in multis labimur omnes, adeoque S. coenam non fastidi-
rent. Vereor, ne in illos quadrent verba Christi Matth. XXI. 31.
scripta. Statum enim eorum, qui se nimium sanctos & pios præ-
sumunt, pejorem esse puto, quam illorum, qui in notissimis pec-
catis vivunt, hi enim bene cognoscunt, se sic viventes vitam
æternam adipisci non posse; illi autem de legitimis ad vitam per-
veniendi mediis solliciti non sunt, ed sese jamjam pervenisse persuasi.

S. L. Qui extēnam sanctitatem prætexunt, dicunt, non decere
hominem sanctum S. Coenā uti in corruptissimo hoc & ne extēne
qvidem sanctitati congruo Ecclesiæ statu, da das heutige so ge-
nandte Nachtmahl des Herrn; auch nur nach der äußerlichen
Dispensation keine Verwandtnis mehr habe mit dem Nachtmahl
der ersten Christen/ da man nun ein rechtes Götzenwerk und Spiel
daraus gemacht/ indem die so genannte Geistliche/ das ver meinte
Heilthum bin geringer Dosi allein in Händen haben/ und die Läyten
es gleichsam anbethen. Sic traducit administratio: nre nostram S.
coenæ in confisi, sua art. IX. p. 59. Dippelius, qui assiduo conseruo

depudere didicit. Nec multo mitius Dn. Arnoldus, qvando scribit, in der offenh: Verlantnis; daß alda (bey dem Abendmahl) die grōßeste Kleiderpracht/ Präcedenz-streit/ Heuchelen und Sicherheit ungeschuet getrieben / das äußerliche Werk zu einem wahren Gottes Dienst und Grunde aller Seligkeit gemacht / und nicht nur alle Gottlose ohne Unterscheid dazu gelassen, sondern auch gewissenhaft erleuchtete / oder auch beängstigte Seelen gezwungen werden wollen. W durch gewiss solch: Herzen nicht anders können / als durch wirkliche Enthaltung oder Entziehung diese Grauel zu beschräfen und sich selbsten fremder Sünden nicht theilhaftig zu machen. Hic (1.) qvarerem ex Dippelio, si præ inter necno in Theologos nostros odio sanæ rationis adhuc compo selet , qvanam in re considerit S. Cœna primorum Christianorum ? sine dubio si legitima fuit , primæ omnium cœnæ a Christo institutæ , ab eoq; administratæ conformis fuit , cum qva & convenit S. cœna, prout hodie administratur. Habemus enim pura Christi verba, & distribuitur verus panis & verum vinum, sicut & a Christo factum. Anne autem, qvia forsan à qvibusdam , (male certè, si ita fiat, & contra Ecclesiæ nostræ doctrinam) pro idolo habetur, hoc Sacramentum non est legitimum ? Christus à plurimis suorum Discipulorum, pro Rege terreno, regnum Israelis restaurato, habitus fuit. Ergo ne Christus non fuit verus Messias ? anne vani conceptus & abusus qvorundam ipam rem mutare possunt ? anne medicamentum illegitime usurpatum verum medicamentum non fuit ? Idolum & ludum qvendam S. Cœnam esse, vult probare Dippelius ex eō, indem die so genandte Geistliche / das vermeinte Heilighumb in geringer Dosi allein in Händen haben: Verum & Christus panem & vinum manibus tenuit, &, utrum discipulis in manus, an in os dederit, non liquet, & perinde illud est: sicut & hoc, an maiore ilud in copia, an frustulum panis & parum vini porrigit Ecclesiæ minister perinde est, dummodo verum panem & verum vinum adhibeat: Und (pergit ita Dippelius) die Lähen es gleichsam anbeten. At vero reverenter S. Cœnam tractari, admodum est laudandum. Iplum enim corpus & langvis Christi ibi distribuitur. Adorandum autem vel eam, vel panem & vinum esse, Ecclesia nostra non docet. (1.) Abusus S. cœnæ , qvos Dn. Arnoldus exaggerat, causam Christiano non esse, ut à S. Cœna abstineat, egregie probat Celeb. Spenerus ; qui tamen admodum sanctitatem Chri-

Christianorum promovere studuit, qvapropter æternæ huic Excellentissimo Viro deberentur laudes, si intra limites justos substitueret, in Tractat. Anno 1684. edito, subit ut Der Klagen über das verdorbene Christentum Misbrauch / und rechter Gebrauch darin nen auch ob unsre Kirche die wahre Kirche oder Babel/ und ob sich von dero selben zu trennen / disqviritur : In quo tractatu refutatum esse Arnoldi Separatismum, antequam nasceretur, dicit Magnif. Dn. D. Fecht. Coll. Indiff. MSC. c. XIV. §. 16. Et quidem alieni abusus nos absterrere à S. Cœnâ non debent, (1.) qvia & ad primam Cœnam pessimus ille nebulo Judas proditor interfuit Luc. XII. 21. (2) qvia & in Corinthiacam Ecclesiam plurimi circa S. Cœnam abusus irrepserunt, qvō non obstante nihil minus Paulus ibi donis agnoscit 1. Cor. XI. 19. veramq; Ecclesiam i. Cor. 1. 2. nec mandavit, ut propter multorum conviviarum impietatem reliqui u'um S. Cœnae differrent, sed voluit potius, ut ulterius eâ u'terentur, & mortem Domini hoc modo annunciascent, qvin &, ut qui libet seipsum probaret, non coeteros qvoq; convivas, eumq; qvi ipse indigne comederit, non contentim ab ipso habitum, vel in accusacionem vitii vocatum convivam, reum esse corporis & sanguinis Christi, dixit. Ex his & similibus concludit ipse Celeb. Spenerus, separationem ob multorum impietatem instituendam non esse. Et addit Magnif. Dn. D. Fechtius coll. Indiff. MSC. c. XIV. §. 17. qvamvis negari non possit, multos impios ad S. Cœnam accedere, tamen nec dubitari debere, plurimos verè pios & sanctos S. cœnam usurpare, à quorum communione se separare sit impium. Præterea si eosq; differri debet S. Cœna, donec eradicatis impiis & hypocritis tantum priu ad eam accedant, ante extremum diem celebrari non posset : nam semper in hoc rerum statu mali erunt admixti bonis.

§. LI. Affines his sunt, qui ob flagitiosam Confessionariorum sacerdotum vitam à S. cœnâ abstinent. Negari non potest, impios Ecclesiae ministros ingens Ecclesiae inferre detrimentum ; sed & eō gravius eos subitueros esse judicium, qvo majus scandalum Ecclesiae dedere, certum est. Attamen damnum hoc cōextendi non debet, ut ipsum verbum & Sacramenta per illos reddi intrugifera, dicatur. Nam qvemadmodum semen bonum sordidis manibus ipsorum, manet semen bonum: sic verbum Dei manet verbum Dei, & Sacramenta manent Sacra menta DEI, etiamsi prædicetur & administren tur ab impio. Virtus & valore enim Verbi & Sacramentorum non de-

pendet ab homine Ecclesie ministro, sed a DEO, cuius fidem, hominum incredulitas non facit irritam Rom. III. 3. Plura de hac materia à Theologis nostris, præfertim occasione motuum Pietistis corum sufficenter disculsa, hic afferri non erit opus. Sufficit dixisse, quia Sacraenta per inde manent valida, impietatem Confessionarii legitimam cauam non esse, cur S. Cœnam negligat pietatis amans ita tamen, ut Confessionarii, omnesque Ecclesiasticorum Ministri eanto magis prospicere sibi debeant, ne vitâ inordinaria atque scandalosa occasionem alii subministrent temere id fastidiendi, quod in salutem ipsorum est ordinatum.

§. LII. Alii processum s. item allegant, quia pendente S. Cœnam differunt, & nolunt accedere, priusquam causa sit dijudicata. Non inquiramus, an hodierna litigandi ratio vero Christianismo plane per omnia congruat, ob plures, qui irreperunt, abusu, vitio fixorum hominum, atque illorum legis peritorum & judicium, qui, si quæ spes improbi numini affulserit, jus per vim terquent ac trahunt, prout causa seruire posse videtur, verbula in commodum suum excerpentes, posthabitæ & agitatae & proximi necessitate, prout loquitur B. Lutherus Cat. Maj. p. 477. unde non raro cauæ immortales sunt per glaucomata nemmnicupidorum ~~ad~~ ^{ad} cœstatorum, conqueverente sic B. Quistorp. in piis desider. : §. 17. & annon hanc ob causam reformatione egeat atque revisione hoc causarum & judiciorum omne negotium. Relinqvo hoc meditandum. Principibus potissimum, & JCTis, impunitisq; illis, qui adeo operosi sunt in reformatiis ceremoniis tæpe innocuis Ecclesia nostræ. Habebunt hic materiam officio suo non minus convenientem, quam toti Ecclesiarum proficiam. Hoc tantum dico, si veri essentem Christiani, horumq; officium, quod etiam de jure suo aliquid debeat remittere, si fieri quodam modo possit, & major malum inde non sequatur, nos sciremus, lites non adeo essent frequentes, Interim ejusmodilites omnino damandas esse, quæ ipsum Dei cultum impediunt, quibus Christiani ut concedat, necesse est: Qui igitur processum s. item suam, ut impedimentum frequentationis S. Cœnam allegat, eo ipso illegitimam eam facit. Fieri hoc non debet ab eo, qui convictus est, se justam habere causam, eamq; se absq; odio privato compereanti judici submississe, postquam omnia media apreua adhucuerit ad proximum reconciliandum, & preoptaverit de jure suo aliquid remittere, quam in lite cum proximo vivere debet. Nam in pace cum omnibus, quantum in se est, vivere debet

cet Christianos Rom. XII. 18. imo, non solum oblatam pacem acceptare Matth. V. 25. sed eam omni nisu querere Luc. XII. 18. in dō & oīanē, perleqvi eam nos jubet Paulus Hebr. XII. 14. 2. Tim. II. 22. Talis qui est, eum nihil impedit, quo minus ad S. Coenam accedere possit; imo est, quod impellit, nempe ut fides ejus roboretur, ne in odium adversus proximum, quod tali casu est facilissimum, illabatur. Qui vero procelsum alit illum, cuius iniustiam novit, & hoc tantum intendit, ut colligantem inique superet & superplantet; iure procelsum hunc esse obstat. U'um frequentationis S. Coenae judicat; sed & euodem ille obstaculum aeternæ suæ salutis esse judicet, firmissimeque sibi perivadeat, quod sic vivens vitam aeternam habere non possit. Omnis enim, qui fratrem suum odio habet, homicida est, homicida autem non habet vitam in te manentem 1. Joh. III. 15. Abire igitur penitentiâ ductus, & reconciliationem petere, ac tunc ad hoc Sacramentum accedere is debet. Conf. Matth. V. 23. 24. Specialius vero de hac materia agere non licet. Subiungam tamen quæstiones, ut litigantibus ad S. Coenam accessurus proponatur, recte commendatas in der Revidir ten Meklenb. KirchenOrdn. 6. 1650. ed. p. 230. quvarum (1) est: Ob sie in ihrem Herzzen nicht anders wissen und glauben/den das sie zu angefangener Rechtfertigung gnugsam verursacht / und dazu wol befugt seyn/ und eine gute Sache haben/die sie getrauen mit Götlicher Hilfe/und mit Recht zu erhalten. Denn wider sein Gewissen soll kein Mensch führschlich handeln. Zum (2. ob sie auch solche ihre rechtfertige Sache gesdenken rechtmässiger Weise zu verfolgen ohne unnötige Weitläufigkeit und Ausflucht/ die Sache damit auffzuhalten/ und das Gegentheil in Schaden zu führen. Fürs (3. ob sie ihre Sache Gott und dem ordentlichen Rechte beschließen/und ihren Widersacher mit Hass/Feindschaft/Dachgierigkeit/Fluchen oder Lästern nicht verfolgen/ sondern ihm vergeben und sich am Recht genügen lassen wollen. Quæs utinam omnes probè meditarentur, sicut probè à piis Principibus sunt præscriptæ! Conscientia duce certò sic multæ respuerentur li'es, & iurior S. Coenæ foret usus.

6. LIII. Alii peccata sua & navos sentientes, verentur, ut satis digni accedant, differunt igitur S. Coenam, donec sat bene præparati accedere possint. Laudandum omnino est, quod ad hoc Sacramentum accessurus se proberet, & accurate inquirat in

se ipsum, ne illotis, quod dicitur, manibus accedat, & pro vita mortem accipiat: hoc enim & præcipit Paulus 1. Cor. XI. 28. & ipsius hujus Sacramenti laetitas requirit. Verum non existimandum, quasi hoc sacramento usurus ab omni labe & peccato debeat esse immunis, nam (1.) hoc Christus non requirit: invitat peccatis oneratos Matth. XI. 28. eosq; & hoc Sacramento reficere vult. Minime igitur excluduntur ii, qui, dum magnitudinem & multitudinem peccatorum suorum secum reputant, cohorescunt, gratiam tamen in Christi Salvatoris sui merito quaerunt: licet magnam suam immunditiam considerantes hoc pretiosissimo thelauro, & beneficiis Christi indignos se esse judicent, atque fidei lux infirmitatem sentiant, quam tamen deplorant, & nihil magis in votis habent, quam ut Domino DEO suo firmiore & alacriore in fide, & puriore obedientia servire possint. (Solid. declar. p. 7 + 6.) Non enim nostra sanctitate, sed Christi mandato & merito i accedere debemus, atque, quando peccatorum talce gravatos nos esse sentimus, eo alacriori animo accedere debemus, nosque Christo ad reficiendum, levandum, & corroborandum offerre Cat. Maj. p. 566. (2.) impossibile illud est. Nemo enim eo probitatis unquam se venturum speret, ut non infinitos defectus in carne & sanguine suo retineat. Cat. Maj. p. 563. Si igitur intueri soles, quam videlicet trans probus & purus, atque in hoc conari, ut nihil conscientiam tuam mordeat, futurum est, ut vix unquam accedas, l. c. p. 563. Quid & (3.) Christus ipse in loco Johanneo nostrô invitat Iudeos illos, non multo ante adhuc murmurantes, itaque suis nœvis nondum extatos, & in primâ lucâ administratione discipulos suos admittit, multâ adhuc labe contaminatos: ut tenuis ipsorum vita spirituallis per hocce medium augeat, & vel ipse perditissimus Iuda per hoc gratiae pignus ex intentione divinâ revocetur ad hanc vitam.

S. LIV. Alii, quia fame & siti destituuntur, nullumque desiderium accedendi ad hoc Sacramentum sentiunt, ab eo abstinent. Sed huic malo medelam, è Catechismo Lutheri didicimus pueri. Quia autem hec cum puerilibus annis transire solent, deaudo hanc materiam tractari non pudebit. Necesse sc. est, ut fame & siti comput siad S. coenam veniamus, & non ex mera consuetudine, prout

prout multi hodierorum hypocritarum conservaverunt, non raro
inde etiam, quod S. coenam saepius quam alii frequentent, sin-
gulares laudes aucupantes. Sed hi habent mercedem suam Matth.
VI. 2. Verum inde non sequitur, si famem & situm non sentimus,
licitè atque jure nos à S. coena abstinere. Quemadmodum non
procedit: Desiderium non sentimus orandi, Christum legendi, bona
agendi &c. ergo salva conscientia hæc omittere possumus, nos
potius languorem hunc nostrum agnoscere, deplorare, atque tollere
debet. Urgeant hos potius Verba illa Christi: Nisi comedenteris
carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habetis
vitam in vobis. Famem hæc verba concilient, sitimque suscitent,
sicut fas est: quod factò nihil erit, quod nos retrahat, quomodo
famelicà ac siticulosa ista mente ipsi nos festinemus ad hanc Cœnam.
Cumque certum sit, Deum frequentem usum S. coenæ mandatisse,
& inestimabilem thesaurum in ea nobis offerri, & infinitis nos
defectibus & peccatis esse inquinatos, ideoque maxime hoc
Sacramento egere: quilibet ipso primo in intuitu videt, bo-
nae notæ non esse, nihilominus famem & situm non sen-
tire. Hoc in statu certissime nobis persuadere possumus, nos terq;
quaterque in omni vitiiorum lerna profundius esse immeritos, quam
ullum alium peccatorem, & nos Sacramento hoc multo egere im-
pensius medendæ calamitati nobis occulta Cat. Maj. p. 568. sicut
hoc periculosius ægrotat, qui morbum suum non agnoscat, me-
dicamentaque relpuit. Minime igitur procrastinare, donec dies
diem, mensis mentem, annus annum sequatur, nobisque peccata
non sentientibus de quieto & exoptato nostro statu gratulari de-
bemus; sed animum huius periculofo malo medendi causa ut appli-
cemus, omnino oportet.

¶. LV. Pluraqvidem sunt, quæ pro exculando S. Cœnæ ne-
glectu asterri solent; illa tamen recensere supersedeo, cum ita com-
parata sint, ut partim quam primum audiuntur, vanitas eorum co-
gnoscatur, partim ex hac tenus dictis facile illa iridem resolvantur,
omniaq; una corruant, si modo recte penitetur astertum hoc Chri-
sti, omni iuramento magis firmatum: Amen amen dico vobis, si non
comederitis carnem Filii hominis, & biberitis sanguinem
ejus, non habetis vitam in vobis ipsis.

TANTUM.

Ad Nobilissimum & Clarissimum hujus disputationis Auctorem.

EX q[uo]d Tuum in sacra studia ardorem , eumque plane singularem & inutilatum in variis Scholis meis deprehendi, dici non potest , quantum Te ex eo tempore amaverim pariter & etiam maverim. Facile enim ex his indefessis contentionebus Tuis judicare poteram , ad q[uo]d in scientia Theologicae mensuram , raram illam solidamque esse penetratus. Quam nunc in Te & celebrimus Pater , & hujus Academiae Doctores universi non sine singulari delectatione conspicunt. Qui cum paternae familie more pietatem sine fuso siaceram semper ad jecesis , fieri non potest , quin hic recessitus in Te thesaurus in fructum aliquando evalescat Ecclesiae salutarem & Parentibus delectabilem. Qvod ut fiat , Deum omnis boni auctorem fieris precibus imploro. Rostochi d. IV. Sept. mcccx.

JOH. FECHT. D.

Nobiliss. Clariss. & Doctiss. Dno Autori.

S. P. Pr.

PRÆSES.

Qui Tibi Wastoviam prolixius scripsi , ORNATISSIME GERLINGI , hic iterum , sed parcus , labori huic tuo quam felicissime exantato granulor . Undique tua se pandit modestia , tua probitas , tua religio , tua que eruditio , ut nullus dubitem , quin omnes , quicunque banc tuam legent disputationem , magni diligentiam quoque tuam , imo & accusationem in defenda Sacramenti Venerabilis fruitione sint facturi . Tantò vero majori in pretio te habebunt , qui qui noverint , omnia hec à te scripta esse non in celebri quadam academiâ , & in eruditorum Viroxum copia , ubi abundantia & librorum & rerum facile cuiq[ue] suppetit ; sed in prelio non parum à bibliothecis , & consiliis remoto . Unde id quam clarissime effulget , quam tam jam animo concoperis doctrinæ gazarum , quidq[ue] in posterum exspectare à te possit eruditus orbis . Judicabit simul ex his , qui forsitan amplissime , copiissimeq[ue] omnia ad magnorum Tractatuum formam cupient elaborata , cùd quod tamen à disputationum academicarum limitibus alienum potius est , quod iisdem congruum , amplius te jam fecisse in hoc negocio , quam poscat exercitationis ratio , itaq[ue] te succinctè , & curate omnia pertractasse , ut ad necessitatem scriptioris nihil desit . Sed hoc loco ut ipse quoq[ue] brevis esse debeo , ita ad Epistolion meum prius , quod super hac materiâ tibi transmissum volui , quodq[ue] nunc itidem typis est expressum , provoco , Tibi vero , Triag[ue] omnibus , ac præcipue Excellentissimo Patri tuo omnia letissima , Ecclesie vero Dei omnia subalteria , nulli vero , nisi veritatis hostibus , metuenda ex te quequam appreco . Vale in JESU CHRISTO Domino nostro & Salvatore Unico quam beatissime . Scrib. in Museo XII. Sept. clo. lccc.

94 A 7346


ULB Halle
000 544 418



3

107

Hl. 86.



DISSE¹³RAT¹⁴O THEOLOGICA
CIRCULARIS
DE¹³
**S. COENÆ
NÉCESSITATE**
E JOH. VI. vſ. 53. ASSERTA,
QVAM
ANNUENTE DEO T. O. M.
CONCEDENJE MAX. REV. FACULTAT. THEOLOG.
PRÆSIDE
VIRO MAGNIFICO, SUMME REVERENDO,
EXCELLENTISSIMO
**DN. JOH. PETROGRUE-
NENBERGIO,**
PH. & SS. THEOL. D HUJUSQ; P. P. O. LONGE CELEBERRIMO,
CONSISTORII DUCAL. ASSESSORE GRAVISSIMO,
PER DISTRICTUM MECLENBURGENSEM
SUPERINTEND. VIGILANTISSIMO,
ET h. t. DECANO MAXIME SPECTABILI,
PATRONO atq; PRÆCEPTORE SUO
OMNI PIETATIS ET OBSERV. CULTU DEVENERANDO,
IN
ILLUSTRIS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
AUDITORIO MAJORE
AN. MDCCX. D. XIII. SEPT. HORIS CONVENTIS
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI EXPONIT
GERHARD. GERLING,
SUSATO WESTPHALUS, SS. Theol. Stud.
Αληθεύοντες εἰν αἰγάλεων.
ROSTOCHII
TYPIS JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINCIP. ET ACAD. TYPOGR.